*rebus agendis: Agonalia, &c.*] rebus agendis cuius feſta Agonalia dicebant. & hunc quidẽ in modum poſtrema huius dictionis explicatæ à Feſto verba in hanc ſedẽ aduocãda. S.

*Agonalia eius feſtiuitatem*] diſpungenda. Cęterùm Agonalia Gloſſis Agonaria θυσεῖα.

*Aegonus*] Aegonus.

*Aegonenſis*] Agonenſis.

*Agonium*] *id eſt ludũ ob hoc dictũ, &c.*) Agonium locus eſt in quo ludi initio facti ſunt, ob hoc dictum, quòd fuerit ſine angulo. S.

*Albegmina*] Ablegmina, quę quòd Diis porricerentur, porricię & proſecta & proſegmine. Proſiciæ Gloſſis αἱ τῶν θυμάτων ἀπαρχαί. Tertullianus ea ita deſcripſit, de opimis & integris ſuperuacua quæque truncatis capitula & vngulas, quæ domi pueris vel canibus deſtinatis: hinc ablectę ędes Plauto, derelictę.

*Albeſia*] *decumana ſcuta: & poſt decumanũ fluctus*) adde infrà Decumana oua: & Decumanus appellatur limes.

*Albula*] *Tiberis fluuius*) vide infrà Tiberis.

*Tiberio*] Tiberino.

*Alcedo*] *Catamitus.*) vide infrà Catamitum & Alumento.

*pro Nilo, Melo*] vide infrà Melo. & Alumento.

*Alebria*] Alebrius vel Alerius. Gloſſis εὐτραφής. Alebra, quibus alimur: Alibre, Alimentum.

*Aleonem*] Tertullianus de fuga. Neſcio dolendum an erubeſcendum ſit, cùm inter tabernarios, & lanios, & fures balnearum & aleones & lenones, Chriſtiani quoque vectigales continentur. Gloſſis κυβευτής, Aleo.

*aleatorem*] vide Titulum de aleatoribus. l 4.§.2.ff.de ædilitio:l.225.ff.de verborum ſignificat. Gloſſis κυβευτὴς τυχόλυτής κυβεύω, quod eſt Aleo ſeu alea ludo.

*ganeo*] vide infrà Ganeum.

*lurco*] luſtro. Vet. & ita legendū nec Catullo in mamurram pro vltor. Facit infrà luſtrū, ſed tamen nihil neceſſe eſt mutari nam & Lurco vox nota vnde Lurconiana condimēta Tertulliano in libro de Anima c.15.

*Algeo*] *coniectus*) collectus.

*Alica*] vide incerta Verrij Flacci: adde infra Pollucere merces.

*Alicariæ*] *hæ*) eæ.

*Proſtibulæ*] vide infrà Proſedas.

*Alienatus*] vide l.67.ff.de verb. ſign.

*Ali* rei] Plautus in Milite, Nulli ali rei eſt improbus.

*Alites*] *Buteo*) vide infrà Buteo.

*ſanqualis*] vide infra ſanquallis.

*immuſculus*] vide infra Immuſculus. alij legunt Immuſtulus. adde 10 Plin 7.

*Aliuta*] *ipſos Ioui ſacer eſto*) ipſos antiqui pro ipſus, ſic iidem Conſol pro Conſul, & è contra, funtes pro fontes: fumdes pro fundes. vide Velium Longum de orthographia.

*Allus*] Allex, alij Hallus, vt infra in dictione Hallus, pedis maior digitus.

*Alma ſancta*[ἁγνή. Gloſſ.

*pulchra*] κλυτὰ, ὡραία. Gloſſ. inde Almus iiſdem κλυτὸς, ἔνδοξος.

*alens*] θρέπτειρα. Gloſſ.

*Almities*] ea Chariſio libro 1. ἀπρέπεια Gloſſis αὔξησις ἀρχῆς. Almitus αἰατροφή, αἰαγωγή. Almetes, κάλλος αἰατροφῆς.

*Altaria*] aliud Etymon vide ſupra Adoleſcentia. Cæterùm non obmitendum Altare dici & Altarium. Gloſſ. Altarium ἐπιβωμίς.

*Altellus*] *quaſi altus in Tellure*) vide infrà in Altus. Eſt autem idem ac expoſitus & Alumnus. Græci θρέπτος.25. Eclog.1.c.6. οἰκοτραφὴς, τρόφιμος. Latini alumnos appellant.l. 26.Cod.de Nuptiis.l.j.Cod. quæ res pignor. ſed & Greci χαμαίρριπτα βρέφη appellant Nouell. 153. adde de expoſitis. l. 152. ff. de iuris & facti ignor. l 4.ff.de agnoſcend.liber.l.1.& paſſim de infantibus expoſitis.

*A macro Macellus*] à Marco Marcellus: ego lego, à Marco Marculus. vide infra Marculus.

*ab altello altellus*] ab alto, altellus. ita legendum cenſeo. id enim conuenit ſuperioribus. facit & id quod infrà in Altus.

*Alter*] *altera auis non bona*) ſi modò priori vitium facit. ad quem modum fulmen peremptale, quod priori vitium fecit. Cæterùm alteram auem potius, quàm aduerſam Augures efferebant, vt ita malum omen viderentur minuere, atque eleuare.

*Altercatio*] Gloſſis Altercatio ἀμειβαῖοι λόγοι. reperitur hoc vocabulum in l.4. Cod. de neceſſariis ſeruis, &c.6. Quintil.5.

*Alternatio*] hinc Alternatim per vices. vide Nonium in Alternatim. & Gloſſæ Alternis αἰὰ μέρος, ἀμοιβαδόν. Alternam teſtis, qui vacillat. Alternationem verò noſtri pro diſiunctione vſurpant.l.2.§.2.ff.quod certo.l.7.§. 4. ff.de iniuriis. In lege verò 9.ff.de ſeruo corrupto, ſine alternatione, eſt illo vno caſu vel vno tantùm caſu.

*Alterplicem, duplicem*] id eſt doloſum Iſidoro in lexico. ita Horatio Vlyſſes, duplex.

*Alterta*] Alterria.

*Altum*[ vide Nonium in Altum.

*Altus*] vide ſupra Altellus. alias ab altitudine, vnde Gloſſis Altus ὕψηλος.

*Alucinatio*] *alij Hallucinatio.* Eſt enim Hallucinari Nonio aberrare, & Gellio 16.c.12. Hallucinari ἐκ τοῦ ἀλύειν quod Gloſſæ etiamnum confirmant. non tamen neceſſariò requiri aſpirationem in hoc vocabulo, vt & in multis, Gellius ſcribit 2.c.3.

*Alumento pro Laomedonte*] alij Laumento pro Laomedonte, &c. ſic Lautumiæ pro Laotomiæ: Laudicea pro Laodicea.

*Melo pro Nilo*] vt ſupra Alcedo: & infra Melo.

*Catamitus*] v. ſupra Alcedo: & j. Catamitus.

*Aluus*] adde Nonium in Aluus.

*Am præpoſitio loquelaris, &c.* Am præpoſitio ſignificat circum. vnde ſuprà locellaris ſeruus ambactus, id eſt circum actus, dicitur. ita hunc locum reſtituit Scaliger. cui ſeruus locellaris vel lucellaris eſt μισθωτός: cuius operas quotidianas dominus locatu, lucelli & quæſtus gratia: aut qui in eam rem diſcurſat. niſi loquelaris ſeruus accipiatur pro internuntio: aut vox loquelaris omnino diſpungatur.

*ſignificat circum*] *ab ἄμφι ſupra*) infra. id enim infra eſt in dictione Amnis, ſed Feſtus non ſeruat exactum ordinem Alphabeti in ſyllabis, ſuo quoque loco digerendis.

*Seruus ambactus*] ſeruum libertate donatū intelligit Perſ. Satyr. 5. Quibus vna Quiritē vertigo facit. & pòſt. Verterit hunc dominus momento turbinis exit Marcus Dama. hinc circunductiones manumiſſionum inextricabiles. in l.6 Cod. de emancipationib. vide infra manumitti.l.23.ff. de manumiſſionib.

*Ambactus apud Ennium, lingua Gallica actus dicitur*] poteſt & ita legi, Ambactus alius Ennio, quam qui lingua Gallica Ambactus dicitur, & ita eſt. Nā Ambactus Gallis, teſte Cæſare cliens: Ennio, δοῦλος μισθωτός. niſi actum eum eſſe Gallis, qui Ennio ambactus.

*Actus*] ſeruus.

*Amatio*] Amutio alij Amaſco, amare cupio. vel amare incipio. ego nihil mutandūm eſſe neceſſariò, cenſeo, vide Nonium in Amatio.

*Ambar-*

*Ambaruales hoſtiæ*] vide ⁊. Amtermini.

*à duobus fratribus*] ac frugibus. ita in veteri. Alij legũt à XII. fratribus. totidem enim Plinio 18. c. 2. 6. Gell. 7. Fulgent. Macrob. Auſon.

*Ambaxioqui, circũeuntes cateruatim*] Ambaxiqui circumeunt cateruatim: ab Am & Axes ſeu Axi. id eſt glomerati. vide infrà Axes.

*Ambegni*] vide Varron 5. de lingua & Fulgentium.

*Ambeſt ita tertiæ perſonæ, verbum eſt*] eadem ratione Comeſt apud Nonium dicitur. dicitur aliàs regulariter Ambedit, vt in l. 38. ff. de adquir. rerum dominio.

*Ambidens ſiue bidens*] vide infrà Bidental & Bouem & Bidentes. adde 6. Gell. 7. 18. Plin. 2.

*Ambiguũ*] vide l. 3. & paſſim ff. de rebus dubiis. l. 125. ff. de verb. ſignif.

*Ambitio*] adde Varronem 4. de lingua. Nonium in Ambire.

*Ambitus*] de legitimo ſpatio à vicina inſula dixi ad l. 14. in fin. ff. de ſeruit. vrb. adde Iſidorum lib. 15. Ciceronem in Topicis. Vitruuium 1. c. 1. Varronem 4. de lingua.

*Ambo*] vide incerta Verrij.

*dictum*) ductum.

*Ambrices*] Inde Galli Lábrices.

*regulæ*] alij tegulæ, malè. nam & mox ſequitur, tegulis imponuntur.

*Ambrones*] *gens Gallica qui ſubita inundatione maris &c.*) hanc narrationem Ephori ridet Strabo.

*vt & turpis vitæ homines Ambrones dicerentur*] inde Gloſſis Iſidori Ambro, deuorator, decoctor, luxurioſus, profuſus.

*Ambulacra*] Gloſſis Ambulacrum, διάςημα, περίπατον, quod & vno in loco Ambulacio: alio, Interſpacio: vbi malè Intercaprio.

*Amburbiales hoſtiæ*] inde etiã Amburbiũ, infrà in Amtermini.

*Ambuſtus*] Gloſſis περιπεφλογισμένος, περικεκαυμένος.

*Amenta, quibus vt mitti poſſint, vinciuntur iacula*] Gloſſis Ammentum, ἅμμα λόγχης.

*Amicinum*] Anucinum.

*vtris pediculum*) Gloſſæ Amicinus, ἀσκοῦ ςόμα. alibi Aruianus.

*Amicitiæ*] *ab antiquis ameci & amecæ per E*) ab antiquis amæqui & amæquæ. S. Gloſſ. Animecũ ἰσόψυχον. Animæquus, patiẽs animo.

*Aminula vrbs*] Animula vrbs.

*Amita patris mei ſoror*] ita Gaius 2. Inſt. 8. Amita verò magna, aui paterni ſoror: l. 1. ff. quarto. l. vlt. §. quarto. ff. de gradib. Amita maior, proaui ſoror. Paul. 4. ſentent. 11. (quæ & proamita l. 1. in fin. §. 7. ff. de gradib.) Amita maxima, abaui ſoror. d. l. vltima. § ſeptimo. (eadem abamita dicitur) Ataui ſoror, nomine caret.

*Amites*] ςάλικες.

*perticæ aucupales*] Gloſſis ἰξευτικοὶ καλάμοι.

*Amnenſes*] *Interamnæ & Antemnæ*) alij Interamnenſes & Amnenſes, nihil mutandum cenſeo. nam & Interamnæ Latina vox eſt. Græcis μεσοποτάμιος. ſic Gloſſis Interdia, μέσον ἡμέρας.

*Amnis*] *Am*) vide ſuprà Am.

*Amœbeum carmen*] *ex æquali numero*) æqui numero. & ita Seruius in 3. Eclog. adde quædã his nõ planè diſſentanea ex Iſidoro 6. c. 19.

*ipſa*] diſpungenda hæc vox.

*malum*] maius.

*Amœna*] vide incerta Verrij.

*Amoſio annuo*] Annos, annua. ſic enim Gloſſarium, idque interpretatur πολυέτης. eidem Annua, eſt anus γραῦς. Anet γηρᾷ. Antites γερουσίαι adde infrà Anatẽ, morbũ annuũ.

*Ampedices*] *nunc appẽdices*) vide Nonium in Appendix. ſic ſubſtituti dicuntur præcedẽtis appendices inſtitutionis. l. 35. ff. de acquir. vel omit.

*Amputata*] *purum pro puto*) vide ⁊. Putus.

*Amſegetes*] *quorum ager*) quorum ſeges.

*Amtermini*] Amptermini: alij Amitermini: alij Antermines: alij Amtermones.

*prouinciæ*] P. Romani viciniæ. S. vt Amtermini fuerint, non qui in agro Romano, ſed qui in vicinia. putà vel Sabino vel peregrino vel hoſtico vel incerto. Ager verò Romanus, quidquid Amburbiali ſacrificio vno die luſtrari poterat. cuiꝰ fines amburbio definiũtur.

*amburbium*] adde ſuprà Amburbiales.

*ambarualia*] vide ſuprà Ambaruales.

*Amuſsim*] vide infrà Examuſsim.

*mutire*] vide infrà Mutire.

*Anatem morbũ annuum*] hunc morbũ quædam Gloſſæ Anitatem appellant. dixi quædam ad hunc locum ſuprà in Amoſio.

*ſenium*] vide infrà Senium.

*Ancæſa*] quaſi inciſa.

*cælata*] celata. vt in l. cùm aurum. 19. §. Infecti. verſ. an celati. ff. de auro.

*cælare*] hinc cælatura in l. 13. ff. de condict. furtiua.

*Anceps*] *captatur*) capiatur.

*Ancillæ*] *Dij & deæ Anculi & Anculæ*) ij quaſi reliquorum deorum miniſtri. ab anculare dicti, quod eſt miniſtrare. Gloſsis Ancilia ὅπλα καὶ θεράποια.

*Anclabris menſa*] vide infrà Eſcariæ.

*Anclare*] Antlare. vide ⁊. Exãclare, & Non.

*anclabant*] antlabant, alij anculabant.

*florem Liberi*] id eſt vinum, quòd Liber Bacchus, Deus vini gentilibus.

*Ancunulentæ*] Anculentæ.

*inquinamentum*] vide infrà Cunire.

*Ancus*] *qui aduncum brachium*) inde Ancus Gloſsis Mancus.

*Andron*] vide Vitruuium 6. c. 10.

*in quo viri plurimi*) in quo viri plurimum.

*vt gynecæum*] vide Tit. Cod. de murilegulis & gyneciariis & procuratoribus gynecij. is

locus Græcis quoque γυναικωνῖτις. Vitruuio 6.c.10. Gloſsis, muliebrum γυναικεῖον.

*Andruare, id eſt recurrere*] Gloſsis ἀνδρίζεσθαι. hinc Antroare, infrà in Antroare. & Redantruare, ſeu Redandruare. adde Varronem. Alio ſignificatu Antruare, Gloſsis σπηλεῦσαι (pro σπηλεῦσαι) quod videtur tractũ à Græco σπήλαιον, antrum.

*à verbo ἀναδρᾶν*] à verbo ἀναδραμεῖν: vel ita, à verbo Truare, id eſt mouere. vnde & Trua vocata.

qu*Drua*] Trua. vide infrà Antroare, & Truo. re æ omnia Nonio non à mouendo, ſed à tectando. Quid Trullæ, Tryllæ, ſeu Truellæ, diũ in lege 13. ff. de inſtructo. l. 36. ff. de auro.

*Angeronæ*] *cũ angina*) vel quòd angores animi putabatur depellere. Macr. 1. Sat. Gloſsis Angeronia, ἡ θεὸς τῆς βουλῆς καὶ καιροῦ dixi ad Var.

*Anginam*] quæ & Anguina & ἄγχυρα, Gloſſis. adde Nonium in Angina.

*Angiportus*] vide Varronem. Gloſsis Angiportum, στενωπός.

*Angor*] *συνάγχη*) ἀγχόνη ἔχειν) alij ἄγχειν, ἔχειν.

*Plautus*] Moſtellaria, vbi tamen variatur huius loci lectio.

*Angulus*] *aduncatur*) adducatur.

*Annaria lex*] vide Liuium 40.

*Annus*] *triennium*) *trimum.*

*Antarium bellum*] ὁ πρὸ τῶν πυλῶν πόλεμος. Gloſſis Antarium, ἀντιπαγμος & antepagmentũ: hinc Antani ſiue Antarij funes, Vitruuio.

*Antè*] *prò anteá*) pro antidea.

*Anteſixa*] vide Liuium 26. & 34. Vitruuiũ 3.

*Antes*] στίχοι καὶ τάξεις ἀμπέλων.

*ante latera hoſtiorum*] vide infrà Antipagmẽta: vide Nonium in Antes.

*Anteurbana*] προάστεια, quæ & ſuburbana Nouell. 7. c. 3. §. 1. Nouell. 84. c. 1. l. 198. ff. de verb. ſignif. Gloſſis προαστεῖον, Proceſſio.

*Antiæ*] Antide. Gloſſis.

*muliebres capilli &c.*] quibuſdã Gloſsis Antiæ τρίχες αἱ μεταξὺ τῶν κροτάφων τῶν βοῶν. Tertullianus, de pallio, genuinos inter antias adumbratos.

*ἀντι*] ἄντιον.

*Anticum*] vide infrà Poſticum.

*Antigerio valde*] idem Gloſſæ: iiſdem Antigerium, quemadmodum, in primis: quod & Placidus confirmat. aliis Gloſſis Antegerio, ſeu ἀντιγερίω, eſt προλήμμα, νίκη.

*Antios*] Actos. Gloſſ. auctos: Vrſin.

*Antipagmenta*] adde ſuprà Antes.

*Antiquare, in morem priſtinum reducere*] ſed & obſoleſieri & memoria tolli. vide Nonium in Antiquari.

*Antras*] Ancras. Gloſſis Placido in gloſsis. Angras Gloſſ. Iſid.

*Antroare*] adde ſuprà Andruare, & infrà Redantruare.

*truant*] vide infrà Truo.

*cogentes*] conſequentes.

*Anus*] *antiqui nõ geminabant conſonantes*) idẽ ſuprà in Ab aloes: & infrà Aulas: & in verbo Solitaurilia. Iſid. 1. c. 26. in fin.

*Anxur*] alij Anxur legunt, ꝙ Iouẽ ἄξυρον imberbẽ illic colerent. quin ita in nũmo Pãſæ.

*Ape*] *compeſce*) Gloſſæ Ape κώλυσον.

*Apiculum*] *velatum apicem gerunt*) velati apicem gerunt. S. idque ponè. Nunquam enim ſine illo ſub dio: aut in publico. Nũquam ſine apice, ſed tamẽ propter æſtũ, ponè regerebãt.

*Apluda*] ꝑ frumẽti furfurib⁹ accipit Non.

*Apluſtria*] Apluſtra. à Græco ἄφλαστα πλοίου. Gloſſis, Apluſtra, ἄφλαστος καὶ τὸ ἄκρον τῆς πρύμνης.

*Ampluſtria*] Ampluſtra.

*Apor*] Apot. alij Ape.

*Appia via*] de qua vide Liuiũ 9. ea ducebat Brunduſium.

*Appio Claudio*] de quo vide l. 2. §. poſtea cùm Appius. ff. de origine iuris.

*Apricum*] vide Nonium in Apricari & Apricitatio.

*Aptus*] vide ſuprà Apex.

*Apua*] ἀφύην Greci dicunt. ſed Latini tenui pro aſpirata vtuntur, vide ſuprà Album.

*Apud*] vide Nonium in Apud.

*Aqua, à qua iuuamur*] à qua viuamus. adde Varronem 4. de lingua.

*Aqua & igni interdici ſolet damnatis*] in locũ huius interdictionis ſucceſsit deportatio. l. 2. ff. de pœnis. cuius fit in iure paſsim mentio.

*quam accipiunt nuptæ*] quæ accipiunt nuptę, alij, qua accipiũtur nuptę. his adde quę ſcripſi ad l. 69. ff. de donat. inter virũ. adde j. Facem.

*Aquælicium*] Tertull. 40. Apologet. Aquilicia Ioui immolatis. vnde Aquilex Varroni apud Nonium ſignificare eum videtur, qui aquis è cælo eliciendis præficiebatur. aliàs Aquilices οἱ τὰ πυρέγχεα ἐργαζόμενοι, ποταμῖται, ὑδροσκόποι. Iiſdem Aquilex, ὑδραγωγός. apud eundem Tertull. ſuperiore libro c. 23. fit mẽtio Cæleſtis deæ, quæ vt pluuiarum pollicitatrix colebatur ab Ethnicis.

*manali lapide*] vide infrà Manalem lapidẽ: & Fulgentium in Manales.

*Aquagium*] lege 15. in fin. ff. ruſticorũ præd. l. 9. ff. quemad. ſeruit. amitt. l. 3. §. 5. ff. de aqua quotidiana. ὑδραγώγιον Græcis, quod Gloſsis Aquiductium & Aquarium.

*Aquarioli*] Tertull. in Apologet. 43. Primi erunt Lenones, perductores, aquarioli. iidem Gloſsis βαλλάδες, & alio loco Bacariones. Aquarij Iuuenali, vt & Gallis τοῦ M præfixo.

*mulierum impudicarum ſordidi aſſeclæ*] vnde Gloſsis Bacario πορνοδιάκονος.

*Aquilus color fuſcus & ſubniger*] hinc Gloſſis Aquilum, μέλαν.

*antiqui duos colores noſſent albũ & nigrũ*] ab his enim duobus pendent reliqui.

*Aquilius*] Aquillius, Faſtis Capitolinis & nummis: alij Aquilius.

*prænomen*] alij nomen, & rectè. nunquam enim Romæ tale prænomen. Porrò, Aquilia familia duplex patricia & plebeia.

*Aquilo ventus*] Gloſſis Aquilio βορέας. adde Nonium.

*Aquipenſer*] ita Gloſſis: alij Accipenſer.

*Arabice olet*] ſpecies prouerbij.]

*Arbilla aruina*] Arbilla, arbina ſeu ſeuum.

*Arbiter dicitur iudex*] vide Titul. de receptis arbitris. l. 76. ff. pro ſocio, vbi de duobus arbitrorum generibus.

*quod totius*] qui totius.

*Arbitrium dicitur ſententia*] facit lex 1. l. 3. l. 19. ff. de receptis arbitris.

*Arboſem pro arbore*] ſic aſenam, aſas, laſes, feſiæ.

*Arbutus*] Virg. Eclog. 7.

*Arca*] adde infrà Arcam: hinc in iure arca ærata vel camerata in l. 19. §. 5. ff. locati lapidea. l. 7. §. 1. ff. de religioſis. fumentaria olearia l. 1. ff. de numeris. inde arcarij in l. 1. Cod. de excuſa. artif. & Titul. Cod. de ſuſceptorib. præpoſitis & arcariis.

*arcula*] vide Varr. 8. de lingua. Id in iure verbum ſatis frequens, vt in lege l. 39. ff. de religioſ. l. 53. ff. de legat. 3. Gloſſis κιβώτιον.

*Arcelam*] Gloſſis arcela.

*mammula*] dicitur & mammicula Plauto in Pſeudolo. Actu Quid hoc ibi: vbi mamma mammicula opprimitur alia. nam paulò antè dixerat vbi labra ad labella adiungit. aliàs ſuperior Plauti locus deprauatus, cùm ibi legatur, manicula, deminutiuum à manu.

*mammilla*] Gloſſis mamilla: inde ornamentum mamillatum in lege 32. in f. ff. de auro. quod & mammillare.

*Arcani ſermonis*] *arca*) vide ſ. Arca.

*Arcere eſt continere*] adde l. 2. §. 9. ff. de aqua pluuia. vnde Gloſſis εἴργω. ſignificat etiam petere infrà. Nouerca, & Sagmina: niſi legendum ibi eſt, erceſſebantur, pro arcebantur. Nam Gloſſis Erceſſere καλέσαι: iiſdem arceſſit μετεκαλέσατο, ἐφώνησεν.

*arcus in ædificiis*] de arcu aquæ ducendæ vide l. 11. ff. de aqua & aquæ pluuiæ. quid arcus ab arqu differat, vide Nonium in Arcus.

*Abarcet*] vide ſ. Abarcet.

*porcet*] vide j. Porcet.

*coercere continere*] eo ſenſu coercere ſumitur in l. vnica. §. 9. ff. de fonte.

*Arcubiæ*] qui in arce cubant.

*Arcula dicebatur auis*] Arciua dicebatur auis. inde Arciuus gloſſis κωλυτικός.

*Arculata circuli*] id Iſidoro ſphæra.

*Arculum*] *quem capiti imponebant*) vide infrà Ceſticellus.

*Arculus*] *deus qui tutelam gereret arearum*) ea res mouet, vt legendum ſit Arcolus, vel Axulus: niſi quis pro arcarum legat, arcarum.

*Arcuma*] Arcirma.

*quo homo geſtari poſsit*] quod homo geſtare poſſit.

*Area*] locus vacuus in iure, *Area*, locus in vrbe ſine ædificio. l. 211. §. locus ff. de verb. ſignif. vel qui de poſitis ædibus manet. l. 20. §. 2. ff. de ſeruit. vrban. l. 21. ff. de pignorat. l. 98. §. 8. ff. de ſolutionib. aliàs, locus in quem collecta pluuia deſcendit. l. 20. §. 3. §. 6. ff. de ſeruit vrb. In ruſticis verò prædiis, locus eſt terẽdis frugibus ac leguminibus aptus. l. 14. in f. ff. de aliment. legatis. l. vlt. §. 1. Cod. de ſeruit. & aqua. Gloſſis verò Ara αὐλή, ἀγυιά, ὕπαιθρον ἅλως.

*quaſi exaruerit*] inde Gloſſis Ariæum, aut potius aridum ξηρόν.

*Arferia aqua*] id eſt adferia: vnde gloſſis Adferial ὕδωρ τὸ ἐπὶ τοῖς νεκροῖς σπενδόμενον dicitur: vt inferius vinum, quod inferretur. Poſitum eſt autem hoc loco τὸ Ar- pro Ad. vt in Aruere, arcire, arcedere, arucho, arceſſo.

*Argea*] Argei. ita Varro, Ouidius, Plutarch. & Gloſſæ.

*Argennon, argentum*] Argennon, argenteũ S.

*Aridum*] vide Nonium in Aridum.

*irrigare*] de irrigatione vide l. 1. §. 3. ff. de aqua quotidiana.

*Arilator*] alij Arrilator: nec enim id verbũ ab arca, ſed ab arra: alij Arulator. vide Gell. 16. c. 7. aliis Ariblator. Gloſ. μεταβολος, Dardanarius, Cociator, Arilator. alio loco Arilator ἐριστής, βωμοφόρος, πραγματευτής. De Dardanario quod dicat magnam lucem adfert legi 6. ff. de extraord. criminib.

*qui etiam cocio*] ita quibuſdam gloſſis: aliis Cociator. aliis Coctio. vide j. Coctiones, aliis Cunctio & Cuctio.

*ἄρσ*] alij ἄρσ.

*Arma ab armis*] vide infrà Armillas, Armillum. ſed tamen Varro arma, ab arcendis hoſtibus deducit.

*vt ſcutum, gladius &c*] adde l. 3. §. 2. ff. de vi & vi: l. 14. §. 1. ff. de re militari. l. 41. ff. de ver. ſig.

*ſicut tela quibus procul*] v. j. Tela. §. 5. Inſt. de publ. iudiciis. l. 233. §. 2. ff. de verb. ſignif.

*Armata virgo*] *maxima ſcilicet veſtalis cui lacinia toga in humerum erat reiecta*] in veteribus nummis eo habitu ferè conſpicitur. Alij tamen hic legunt Amata. ex Gellio 1. c. 13. malè: cùm Armata hic dicatur, nõ ab amore aut armis: ſed ab armo, id eſt humero.

*ne pomum ex alieno legatur in armum*] vide quæ ſcripſi ad 2. Feudorum 27. in f.

*in armum*] vide infrà Armillus.

*Armentum*] *ad opus armorum*) ab arando Iſidorus deducit 12. c. 1. adde l. 12. ff. de ſeruit. ruſtic. præd. l. 81. §. 3. ff. de legat. 3. l. 89. ff. de verborum ſignif.

*feminine armentas apud Ennium poſitum*] vide Nonium in Armenta.

*Armillas*] alia ſignificatione ſumuntur Ar-

millæ in lege 25.§.10.ff.de auro.dicitur etiam Gloſſis Armellum: inde gloſſis Armillarius ψελλιοποιός, & Armilium σκεῦος ψέλιον οἰνηρόν: Brachionariū.iiſdē ψέλιον viriola, & armilla: vnde illa duo, armillæ & viriolæ iunguntur in lege 25. ff.de auro.

*arma*] vide ſ.Arma.

*Armillum vas vinarium in ſacris*] Nonio verò vrceoli vinarij genus: vnde apud eundem prouerbiū, Anus rurſus ad Armillū. nota eſt enim Anuum in vinū propenſio.

*armo*] vide ſ.Arma.

*Armiluſtrium*] Gloſſis ὁπλοκαθάρσιον. Armiluſtra verò ὁπλοκάθαρμος. & alio loco ὅπλων κάθαρσις, Armiluſtrum.

*tubis canebant*] imò claſſico: eò enim exercitus vocabatur.

*Arnæ caput*] Alij, caput Agnæ. Gloſſis Arna μήτηρ κ(ατὰ) Βάρρωνα.

*Arquites*] Arcutus Gloſſis τοξωτός.

*Arſe verſe*] *inſcribat aliquis in oſtio Arſe verſe*) Inſcribat aliquis Arſe verſe in oſtio S. Plinius 28.c.2. Etiam parietes incendiorum deprecationibus inſcribuntur.

*Arſineum*] Arſinum Gloſſis διάκριμα, Arſinia Catoni 1.originum.

*Artifices*] l.12.§.42 ff. de inſtructo.l.31.ff. de ſolutionib. opponitur officio artificium in l. 65.§.1.ff de legat.3.

*Artitus*] παντεχνος, πανδαίδαλος, Gloſſis.

*Aruum*] *necdum ſatum*) Gloſſis Arua ἄρουρα, γῆ, χώρα, πεδία. Aruum γεωργία, γῆ σπορίμη: vnde Arupendium σχοῖνος γεωμετρικός.

*Arytenam*] Arutenā Chariſ. matulata. Gloſſis ἀρύταινα: videtur & iiſdē dici Atena genus poculi figlini ᾧ οἱ πρυτάνεις ἐν τῇ θυσίαις χρῶνται.

*ab hauriendo*] ab ἀρύειν.

*Aſſa dicebantur cantus tibiarū*] Imò nō cantus, ſed mera vox Nonio. quo modo, vox celeuma, remigibus remi moti erant: vt in Argo naui per Cytharā Aſcon. in Diuinat. niſi hic legamus cū cātu. hæc.n. iungebātur interdū, teſte Nonio in Aſſa. alio ſignificatu, Aſſa vox dicitur apud Iſidorum.

*Aſſeres*] *quòd aſſideant parieti*) hinc, Aſſeres Græcis ςρωτῆρες. Gloſſis δοκίδες κοντοὶ δοκοί.

*Aſſiratum*] *alij Aſſaratum.*

*genus potionis ex vino & ſanguine tēperatū*) eiuſmodi potio in ſacris fuiſſe videtur, teſte Sall. in Catil. aut mos amicitię firmādę. Quædā.n. gētes diffuſū brachiis ſanguinē ex alterutro deguſtatū fœderi cōparabāt. de quo vide Lucianum in Toxari ſiue de Amicitia. Valeriū 9.c.11. vbi de Mithridate. Tertul. in Apologetico c.29. Arnobius 8. hodie ab ipſis Latiaris Iuppiter homicidio colitur: &, quod Saturni filio dignū eſt, mali & noxij hominis ſanguine ſaginatur. priſci ſanguinē Aſſir: hinc Gloſſario Aſſer αἷμα.

*Aſtu*] *in quo qui conuerſant cauti & acuti*] è cōtrario qui non in oppido, ſed in agris verſantur ſimplices: vnde ſimplex ruſticitas in iure.

*Atanuuium*] Atauium.

*Potitij*) potioni.

*Atauus*] *quia tata eſt aui*) alij quia Atta eſt abaui. & ſic ſ.in Atta. vide ĩ.Auus. alij legunt quia Atta eſt aui.

*Atra bilis ab atro, id eſt animi vitio*] hæc verba, animi vitio, ſuperuacanea ſunt.

*Atratas*] atritas.

*Atrium*] *aterreum*) aterium.

*Atroces*] *quia illi atrocia*) quia illi ἄτρωκτα.

*quæ cruda ſunt*] vide Noniū in Atrox crudū.

*Attæ*,] οἱ τοῦ ποσὶν ἀρχόμενοι περιπατεῖν. Gloſſ.

*Quintio poetæ*] vide Horatium.

*Attam*] vide ſ.Atauus.

*Atticiſſat*] *Plautus*) in Menalic.

*ſed*] verum.

*Attinge pro attingam*] alij attingem pro attingam. ſic veteres dicē pro dicam: vt Attingebo, claudebo, viuebo efferebant. ſed poteſt ita legi, Attigem pro attingam. Nam apud Nonium Attigit, pro attingit.

*Auctor communis generis*] ſic ſponſor dea, apud Ouidium.

*Audacia*] vt differat ab audentia. vide Nonium.

*Audiuitaui*] *Auditaui.*

*Auere*] *& auiditate*) & auiditas.

*Augur*] *edicitur*) editur.

*Auguſtus locus*] *quia aues paſtæ id ratū fecere*) veteres optimū putabant auguriū, ſi aues paſcerentur. Claudius Pulcher, inquit Sueton. apud Siciliam non paſcentibus in auſpicando pullis, per contemptū relligionis mari demerſit: vt biberent quando eſſe nollet. pręliū nauale iniit, & ſuperatus eſt. & Aſconius ſcribit, dici ſolitū magiſtratū ineuntibus, Aues paſcunt. Cicero de Diuinatione, Dicito ſi paſcuntur.

*ratum fecit*] Erat id verbū inter cætera Auguralia. Cicero 1.de diuinat. Cur à dextra coruus, cornix à ſiniſtra facit ratū? & libro 2. Cur aliis à dextra, aliis à læua datū eſt auibus, vt ratū facere poſſint? Eóque alluſiſſe videtur Cherea apud Suetoniū in Caligula c.58. accipe ratum.

*Aulas*] *aulicoqua exta*) alij ollicoctia exta. vide Extaris aula Plauto. & Gloſſis Extar olla: vbi exta coquuntur.

*aulis*] ollis.

*coquebantur*) alia enim exta torrebantur. Varro 4.de lingua.

*Aureas*] vide infrà Aureax & oreas.

*rediguntur*] religantur.

*Aureax auriga &c.*] Gloſſis Aura exſolitarius ἱππεύς pro Aureax ſolitarius ἱππάςης: quo loco ſolitarius κελήτης & Caballarius.

*dicebatur*] dicebant.

*orias*

*orias*] vide infrà *orea.*

*Aureliã familiam*] *à ſole*) alij ab aureo ſole.

*Auricalchum*] *oricalchum*) ſic infrà in Cadmea terra. Et Græcis ὄρει χαλκόν. Gloſſis Aurochalca, Κραμάτινα. id auro præſtantius fuit, teſte Plauto & Seruio. Ariſtoteles negabat ſuo tempore reperiri in rerũ natura. ac proinde Æs Corinthium (quod ex auro & ære fiebat, & auro præſtantius etiam habebatur) diuerſum: ſed & ab eo quod nunc Lethonem vocamus, vnde tibiæ fiebant, teſte Horatio. De oricalcho locus extat in l.45.ff. de contr. empt. l.4.ff. de legat.1.

*Auritus*] Gloſſis ὠτωτὶς, ὠτοπάτυχος.

*Aurum*] *vnde & Theſaurum*) Pandectæ Florentinæ Thenſaurum. Quid ſit Theſaurus. vide l.67.ff. de rei vindicat. l.38.§.5.ff. de auro. l.31. l.36.ff. de adquiren. rerum dom. l.3.ff. de adquir. poſſeſſ. l.1. l.3. in fin. ff. de iure fiſci. l. vnic. Cod. de Theſauris.

*Hippocrates medicus*] Hypſicrates. ita ex Varrone, & Gellio 16. reſtitui poteſt.

*Aurum*] Aurion.

*auertat*] alij auruncet, quod auertere eſt. Inde Aurunci, quaſi ſedibus auulſi: & Auruncus Deus Ἀποτρόπαιος.

*Auſculari, pro oſculari*] ſic è contrà, oſculana pugna, pro Auſculana.

*Auſoniam*] *& Cales*) vide Liuium.

*finitur*] *finditur.*

*Aruncam*] Auruncam.

*Auſpicium*] *apud veteres ſine A*) vide infrà Spicit. adde Reſpici auis.

*Autumnum*] alij Auctumnum.

*Auunculus*] matris meæ frater, ſicuti auiæ meæ frater, auunculus magnus: abauiæ maior: proauię, maximus auũculus dicitur. l.9.§.15.§.16.§17.ff. de gradib. l.5 ff. vnde legitimi.

*Auus*] vide l. vlt §.13.ff. de gradib.

*tata*] vide ſ. Atauus. alij legunt ἄγυς, alij Appa: vt apud Callimachum.

*Auxiliares*] *αὔξησις &c.*) αὔξη, à quo nos dicimus rerum creſcentiam, auctionem. poteſt etiam ſententia conſtare ſine dictione Rerũ.

*Auxilla, olla paruula*] ſic ab ala, Axilla dicitur.

*Axiamenta*] Axamenta, ab axare, id eſt nominare, infrà Axare. Fortaſſe quòd in axibus & tabulis ſcribebatur. Gloſſis Axmenta. ςίχοι τῶν θυσιῶν ἡρακλέους.

*carmina Saliaria*] ea prætextati pueri diſcebant, vt legitimam formulam: vt & Carmen Nelei de moribus.

*Axare, nominare*] inde Gloſſis Anaxant, id eſt nominant.

*Axe*] Axes vel Axei.

*Axioſi*] ita apud Plautum, citante Varro. dixi ad Varronem

*factioſi*] Gloſſis factioſus νεωτερικός. iuuenes appellantur, in l.28.§.3.ff. de pœnis. Νεωτερικοὶ Harmenopulo 6.c.7.

*Axites mulieres*] alij Axiles mulieres. & Gloſſis Axites (nam ita legendum non Axitas) ἀποτελεσματικαί.

*Bacar*] quod & Bacariũ Iſidoro. Bauar corruptè in Gloſſis.

*bacrioni*) baccioni, alij batrioni. vide infrà Bacrionem.

*Bacrionem*] Baccionem, alij Battionem, alij Batrionem. Bacario Gloſſis ποτηροδιάκονος.

*Baiulos*] *baiulam*) vide Nonium in Baiulare. adde l.235.ff. de verb. ſignif. 5. Gell. 3. Baiolator Gloſſis βασταχτὴς Baiulacio, βασταγμός: iiſdem Beolat. βαςάζει.

*Piſtricem*] Alij *Priſtem*. Eſt autem Priſtis nauigium à forma belluæ marinæ.

*eſſe*] id eſt

*Balatrones*] hinc Galli Belliſtres.

*bullas*] ballas.

*Barathrum*] βάθυς. βαρύς.

*Barbari omnes gentes exceptis Græcis*] In iure Barbari ſunt, qui imperio Romano non parent. l.6. in fin. ff. de bonis damnatorum. l.5.6.ff. de re militari. l.26. Cod. de Epiſ. l.2. cod. quæ res exportari. l.9. cod. de re militari. inde Barbaricũ, de quo ꝓxima dictione infrà.

*M. Attius*] Plautus. ſcilicet in Aſinaria.

*noſter Apoſtolus*] primo ad Romanos. ſunt autem verba Pauli Epitomatoris non Feſti.

*Barbaricum clamor exercitus*] alio ſignificatu Barbaricum in iure ſumitur. Nam Barbaricum in l.1.C. quæ res exportari. l.2. Cod. de commerciis ſeu βαρβαρικόν, 19. Eclog. 1.c.73. Barbarũ ſolũ, ac minimè Romanum in l.2. Cod. de Eunuchis. natio Barbara. in l. vnica. de littorum & itinerũ cuſtodia. Ammianus 18. viſus in Barbarico miles.

*Bardus, ſtultus*] vide Nonium in Bardum. Gloſſis Barburra, ἄφρων, ἀνόητος, ματαῖος: iiſdem tamen Bardus βραδύς, ἀναίσθητος, ἄφρων.

*Bardus Gallicè cantor*] vide Ammianum.

*Lucanus*] hoc vno tantùm loco Feſtus Lucanum citat.

*Barrire*] Gloſſis τρίζειν, eſt elephantorum. ſed & Iſidorus lingua Indica, Elephantem Barro vocari ſcribit.

*oues dicimus balare*] Gloſſis Balare. βληχᾶσθαι. Ballatum & Balatus, βληχηθμός, & alio loco βληχμός.

*Baſilica*] locus in quo iudicia exercebantur, Fab.12. adiunctus foro, vt ſæpius, Vitruuius 5. facit l.83.§.5.ff. de verb. obligat. hinc viæ baſilicæ, regiæ. l.2.§.12. ff. de verb. oblig. Theophil. §. item ſi Inſt. de l. Aquilia.

*Bellarium & bellaria res aptas bellis*] alij legunt, res bellarias appellabant. alij ſignificatione bellaria ſumuntur apud Gellium 13.c.11. & Gloſſis Bellaria τραγήματα.

*Bellutudinem*] *Verrius*) Varus.

*Bellulè*] *bellè*) vide l.4.ff. de vſu. l.4. in fin.

ff.quibus.l.53.in fin.ff.de legat.2.l 9.ff. de operis noui nunt.l.2. ff. de ſuis.l.2.ff. ad Senatuſc.Tertull.

*Bellũ à belluis*]Imò à duello, vt Varro ſcribit lib.6. vel à βέλος,vt à prælio differat.vide Nonium.

*Bellutus,beſtiæ ſimilis*]hinc Tapetia quæ intexta animalia habẽt ζωωτά,belluata, Plauto in Pſeudolo.vnde videtur hic legi poſſe, belluatus.

*Beneficiarÿ milites*] de quibus vide l.vlt.ff. de iure immunitatis:Nouell.13.

*munifices*] munifici. dixi ad l.18.ff.de verb. ſignif.

*Beneuentum*] vide infrà Segeſta.Liuium 9. 3.Plin.11.Stephanum de vrbibus.

*μαλοέπον*]μαλοέπον:alij μαλεβέντον.

*Benignus*] Benignũ in iure,æquum & bonum.l.5.ff.de legat.3.

*Benna*] hinc Benarius, σκλωάρχης:& Combennones,qui in eadem benna ſedent.

*Bes*] veteribus Des. vide Varronem lib.5. de lingua.vel Beſſis. nam ab octo in aſſe deminuitur, in ratione partium incũda: ab vncia ad octo fit incrementum.

*vnciæ octo*] id enim bes l. 12.8.ff. mandati. Inde ſocius ex beſſe,l.76.ff.pro ſocio:& beſſes vſuræ,quoties octauo anno vſuræ ſortem exæquant. l.26. verſiculo,ſuper vſuris. Cod. de vſuris.

*fiat*]ſit.

*beſſis ex triente*] quibuſdam hæc videntur eſſe diſpungenda.

*triens*]trientis.

*Bibliothecæ*] *tam librorum numerus, quàm locus ipſe*) idem extat in l.52.§.7.ff.de legat.3.l. 50.ff.de contr.empt. ſumitur & pro armario librorum in l.12.§.34.ff.de inſtructo.

*Bidental*] *quoddam templum*) hæc verba videntur ſupereſſe. Cæterùm Gloſſis *Bidental*, τόπος κεραυνοπλήξ. vnde Perſius hominem κεραυνοπλῆγα bidental vocauit.

*Bigenera*]*cicurſus*)cicur ſus.rectè.eſt autem hibris,Latinis.

*Bignæ*] id ita effertur, vt prignus pro priuignus.

*Bilbit*]Gloſſis Bilibit, βομβύζει, ἐπισκιασμὸς φωνῆς.& Bilbinus,εἶδος ἀγγείου.

*Bilingues*]Bilinguis,Gloſſis δίγλωσσος.

*Brutates*]Brutiates.

*Binominus*]Binominis.

*Biſeta*]vide ſ.Diſſulcus.alij legũt Biſænæ.

*Bitienſes*] à bitiendo dicti, quod à Betire ſeu Bætere & Betere. de quo vide Nonium. vnde Baeſis προσέλθης.alij legunt Betare:alij à betere Betienſes.

*Blatterare*]à βλάξ.vide Nonium,in Blatterare & Blattis.

*Blennos.ſtultos*] *Plautus*)Bacchidib.

*Blitis*]vide Nonium in Blitea.

*blax*]vide ſ.Blaterare.

*Boa*]ita Lucillius,alij Boua.

*crurum quoque tumor*] adde infrà Tama & Flemina. nec tantùm morbus ipſe Boa, ſed & ipſe ægrotus dicitur. quomodo & Ergaſtulus,carcer:& noxa,qui in ergaſtulo & carcere, & qui nocuit, dicitur. Eſt etiam Boua, boum morbus,authoribus rei ruſticæ.

*Boare*]vide Nonium in Bount.

*Boiæ*]collare eſt.Author Martyrolog: Tolle boiam de collo meo.Cæterùm quod apud Plautum legitur Boias boiam terit, obſcurè poſitum eſt, pro Gallus cum Galla cubat. Sunt enim Boj populi Galliæ.

*Boicus ager*]*in qua ſunt*)in quo ſunt Mediolanenſes.vide Liuium & Iuſtinum.

*Bombitatio*,alij Bombizatio, alij Bombiſatio.& Gloſſis Bomuis,βόμβος:& Βομβῶ,Bombio:Bombites verò μύρμηκας.

*Bona*]adde l.21.l.39.§.1.l.83.l.182.ff.de verb. ſignif.

*Botulus*]φύσκος.

*Bouem bidentem*] vide ſuprà Ambidens & Bidental.

*Bouinatur, conuiciatur*] & tergiuerſatur. 11. Gell.7.vide Nonium Bouinatores.ſed & Bouinator Gloſſis,inconſtans.Iiſdem Bominator,qui & θορυβοποιός.

*Bracchium*]*breuiores*)breuiora.

*Brundiſium*] Brundam : alij, Βρεντέσιον. alij Βρεντήσιον,aliis Βρέντη. quod lingua Cretenſiũ ceruum ſignificat.

*Brutianæ parmæ*]vide infrà Parmulis.

*Brutiani*] Bretiani 10.Gell.13 Bretij, Straboni. Gloſſis οἱ δουλικὰς πράξεις χρησιμοῦντες, & χειρισταὶ, τραχῖνες.Fulgentio gerones.fortaſſe quòd literarum gerones, & publici curſores.

*Brutum antiqui grauem*] inde Horatius,Bruta tellus. ſed & Brutum, hebes & obtuſum Nonio.

*Bubleum*] alij Bubeum,alij Bublinum, vide Theocrit. Eidyl.14. alij biblinum, βύβλινος,Heſiod.

*Buccina*]*Buchianõ*)alij Buchia,alij Bucanẽ.

*Bucerum pecus*]*de bubus*)Gloſſis θρέμμα βοός. in meis Gloſſis,Bucerum, vox inepta. Bucerinæ, armenta. & Nonio Buceriæ, boum greges. quid Buceta, dixi ad Varronem ex Gellio.

*Bulgas*] vide Nonium in Bulga. Gall.Bouges & Bougetes.

*Bulimam*] Bulimum. id etiam Furcilla, & Curcilla.

*Buà magnitudine*]hinc βουπόνηρος πόρεια.Nouell.6.

*grãdes pueros bupædas*]Latinis Cataſtri,Caruleſtri & Cathaſtri.8.Vitr.4.

*Bulla aurea*]à βούλη) Bulla à βούλη dicitur: ſicut ab ἀναβολὴ abolla.

*Burranica potio*] *à rufo colore quem burrum*)

*rum*] vide ꝟ. Burrum. inde Hiſpanis Burraci,homines potione rubentes: & vas vinarium,Burracea.

*Burrum*] vide ꝟ. Balenæ & Burranica,id Gloſſis ξανθόν & πυῤῥόν.

*Buſtum*]quæ circa buſtũ verſantur, & quæ de buſto in tecta aliquid ferebant aues, Ambuſtandæ,vel potiùs Ambuſtaneæ, incendiũ portendebant. vnde aues incendiariæ (vide Seruium in Fragmentis)& Spinturnices παρὰ τὸν σπινθῆρα, quòd carbonem ex rogo aut ex altari in ædes inferrent.

*vſtrina*]ea ſeparabatur plerunque à ſepulchro: idque ſepulchri Tabellæ indicabant. Publicæ autem vſtrinæ erant in Exquiliis.

*Buteo*]vide ꝟ.Alites.

*Butubata*] dictio compoſita à Bu(quod eſt bibere:vnde Buæ potio paruulorum Nonio & Vinibuę,ebrioſæ(Tu quod eſt cibus)vnde Tuburcinari manducare)Ba id eſt mamma: Ta,id eſt Tata. S.

C*Acula*] vide ꝟ.Metelli,ibi, Caculæque.

*ſeruus militis*]Gloſſæ Cacula δοῦλος στρατιώτου.

*Plautus*]in Trinummo.

*dicitur*]vide aliud Etymõ infrà Procalare.

*clauis ligneis*]vide ꝟ Catones.

*Cadmea terra*] *orichalcum*)vide ꝟ.Auricalchum.

*Caduca auſpicia*] ea fiebant, ſi virga (quæ Commentaculum infrà,in Commentaculũ) è manu flaminis excidiſſet.

*Caduceatores*]à caduceo quod Carmeum à Syracuſio Καρύκεον: quod & aliis κηρυκεῖον in l.8.§.1.ff.de rerum diuiſ.

*Cæcum vallum*]hic pro inſidioſo, occulto, & latenti,vt & apud Noniũ,& in meis Gloſſis. Alia ratione, cæcum cubiculum Varroni lib.4.de lingua. & τυφλὸς τοῖχος,ſeu cæcus paries,ac feneſtras nõ habens.2. Harmenopul. 4.§.43.& 78.Quin,cæcum interdum improuidum ſignificat.de quo vide Nonium & Iſidorũ 3.cap.19.Cæca vox quæ mox ac emiſſa fuerit conticeſcit, & ſuffocata nequaquã longius progreditur,ſicut in fictilibus. Quin etiam,interpretibus iuris, cæca teſtimonia quæ fiunt parte abſente: & gloſſis meis, cæco marte,idem ac nocturna pugna.

*Cædem*]κτάνειν)καίνειν.

*Cædere à cædendo*]Cedere à cadendo.

*Cælaſſis*]adde ꝟ.Ancæſa.

*Cælibem*]Gloſſis ἄγαμος ἀνὴρ Celebs, ἄγαμος γυνὴ Innupta. ἀγαμία Celibatus. & alio loco Cælebs ἀζύγαιος, ſine vxore.Cęlibes ἀσκηταί: Cęterùm hoc loco quidam legunt Celibem. alij Celitem (quòd dignã cælo vitam agat) Idem Iſidorus. Sed dicendum eſt Cęlibem dici à κοίνωψ,quod eſt connubij expers, vt meæ gloſſæ teſtantur:ſeu carens concubitu, vt αἰγίλιψ carens capris,κερκόλιψ,carens cauda.vide infrà Cercolops.

*Cælla*] cella in l.3.§.2.ff.de off. præt.vigil. inde fugitiuus in cellam ſe recepiſſe ſcribitur in l.17.§.15.ff.de ædilitio. Inde cella olearia & vinaria l.10.in f.ff.de vſu & habitat. penuaria l.3.§.8.ff.de penu. hinc κελλάριος gloſſis Penuarius. κελλάριον Penu: κελλαρικόν, Penarium:cellarius,cellæ præpoſitus l.24.ff.de manumiſſ.teſt.l.12.ff.de Inſtructo.l.12. Cod. de diuerſ.offic. & cellarij locus cellandis rebus l.41.§.1.ff.de legat.3. Cellarienſes ſpecies l.pen.Cod.Theodoſ.de indulg.debit.interdum pro annonis cellaria ſumuntur, vt in l.vlt.Cod.Theodoſ.de offic.omnium iudic. & apud Sulpitium Seuerũ 2. hiſtoriæ ſacræ.

*Cæna*]*veſperna*)vide ꝟ Veſperna.

*Cænacula*]Cenacula l.15.§.5.ff.de pignorat. & ibidem Cænacularius, & cænaculariam exercere.l.5.ff.de his qui offic.

*Cærimoniarum*]à Cerus quod veteri lingua, ſanctum:vel à Cerere.

*Cæſar*]*à Cæſarie*)alij ab elephanto,qui Punica lingua Cæſar.

*Cæſones*]hos auſpicatius gigni refert Plin. 7 c.9.exemplum adferens Scipionis Africani & Iulij Cæſaris.

*Calaſis*] à Græco χάλασις. adde ſuprà Acclaſſis.

*Calathos*]*quaſillos*)vide ꝟ Talaſſionem.

*Calatores*]Calator gloſſis κλήτωρ. iiſdẽ Calatores δοῦλοι δημόσιοι πείπολοι: & pòſt, ἐκλήσαι ἱερέων.adde infrà Incalanto,Incalationes, Incalatiuè,Procalare.

*Calbeos armillas*]Gloſſis Calbæ κόσμια,Galbei Suetonio.

*Calces*]vide ꝟ.Cancri.

*Calicata ædificia*]adde ꝟ.Decalicatum.

*Calim*]*pro clam*)vide ꝟ.Clam.

*ſam pro ſuam*]vide ꝟ.Sas.

*Im*]vide ꝟ.Im.

*Caliptra*]*operiebant*)à καλύπτω quod eſt velo,Tego,Operio:vnde κάλυμμα velum, velamen, καλυπτήρια, Tegeſtas, Tectamentum, Tegimẽtum,ſeu Tegmentum:καλυπτηριάζω, Imbrico:καλυπτήρ, Imbrix.quid καλυπτήρια, dixi ad Titul.Codicis de donationibus antè nuptias.

*Calix*]*quòd in eo caldum bibatur*) hic locus argumento eſt veteres calidam bibiſſe: de quo dicam ad l.18.§.3.ff de inſtructo.

*caldum*]alij caldam, vt aquam intelligas, & Gloſſis Calda θέρμον.

*Catones*]vide ꝟ.Metelli:& Nonium in Calonum.

*Græci κάλα*]κᾶλα.

*clauas*]vide ſuprà Cacula.

*Calpar à*]κάλπη,vt ab aula Aular. Gloſſis Calcar perperam ſcriptum pro Calpar θυσίας ἀπαρχὴν εἶναι:& pòſt Calper οἶνος ἐν θυσίᾳ.

*Camara & Camuri boues.i.curuatione*]v.ſcorta.

Verrij ex Chariſio.6.Macrob.4.in f. ſic Nonio Camerum obtortum: vnde Cameræ, tecta in curuitatem formata. hinc Camerata arca, arcuata in l.16.§.5.ff. locati: vbi tamen legitur, ærata, in editione Florentina, & Haloandri.

*Camuri boues*]Gloſſ. Camuris ἄγνος, τοῦ ἐγε. 6. Macrob.4.in f. & Camuris hircæ ſub cornibus aures, vbi Camura cornua interpretatur in ſe redeuntia.

*Camelis virginibus*]alij Cameſnis, alij Camenis, argumento eorum quæ dicuntur infrà Camœnæ. niſi malumus ita legere, Camellis, quæ & γαμήλιοι θεαί. Poſſis & ita legere, Cameſnis vel Camenis, quæ Gloſſis μοῦσαι. vel Camelis virgines nupturæ &c. hoc adiiciendum, Gloſſis Camillam ἱέρειαν exponi.

*Camenæ muſæ*]ita Gloſſæ.

*Camillus*]adde ǰ.Cumeram & Flaminius. 3. Macrob.8.

*Cana*]adde ǰ. Canephora. Gloſſis Cana παγκάνεια θεός.

*Canalicolæ*]*forenſes*) Græcis ἀγοραῖοι.

*canales*)canalem.

*Cancri*]*calces*)vide ſ̄.Calces.

*Candelabrum*]*figantur*)vide ǰ.Cincidela.

*Canentas*]Carentas.

*Canephora*]Canifera.

*canum*)vide ſ̄.Cana.

*Canicæ*] adde Nonium in Canicas.

*Canitudinem*]adde Nonium in Canitudo

*Canuenſem*]*pro piſtore*)præpoſterè.

*Canta*]Cante pro Cantate: ita lego ex Varrone 6.de lingua, Diuum exta cante.

*Cantherius*]Gloſſis κανθήλιος μυχθωικός.

*Canterinus nomen loci*]nomen ioci.

*Caperatum*]*à cornuum caprinorum ſimilitudine*)idem Nonius in Caperare.

*Capidulum*]alij capitulum.

*Capillatam*]v.16.Plin.44.

*Capis*]adde Nonium in Armillum.

*Capitat*] Capitale. adde Nonium in Capital.

*Capitalis lucus*[Capitalis locus.

*Capus*]capite.

*Capitarium æs*]*quod capi poteſt*) Imò quod caput eſt: κεφάλαιον Græcis. aliàs Capitarium, quod pro capite penditur, ſeu Capitatio.

*Cappas*]campas. adde Nonium in Hippocampi 2. numero 397.

*Capra*]vide Varronem 4.de lingua.

*Capreoli*]fortaſſe idem Capreoli, quod Capronæ Nonio: niſi quòd infrà, Capronarum ſit mentio.

*Caprilia*] *ad Capræ paludes*)vide Liuium 1. Plutarchum in Romulo.

*Capronæ*] idem Nonius in Capronæ, numero 81.

*Capruncnlum*] Capeduncnlum, vel potiùs Capeduncula. Cicero de Natura; vel potiùs capeduncul is quas Numa reliquit.

*Capſæ*] vnde Campſarij Epiphanio libro 2. Campſarij in l.3. ff. de offic. præf. vigil. qui veſtimenta in balneis ſeruant. At verò in lege 13.ff.de manumiſſis vindicta: Suetonio in Nerone c.36.& Iuuenali Satyra 10. Capſarij dicuntur, qui libros portant. alio ſignificatu ſumuntur in lege vlt.ff.de iure immunitatis.

*κάμπτας*]κάμψας.

*Capuam*]*à Capy &c.*)Capuam à Capy, ſeu pede introrſus curuato eſſe ait rectè. Nam Græcis κάπυς, παρὰ τὸ κάμπτεσθαι.

*Falconem*]vide ǰ.Falcones.

*Capulum*]*& id quo mortui efferuntur*) & breuiter quidquid intra ſe capit: vt Sarcophagum. vide Nonium in Capulum.

*Carinantes probra obiectantes.*]inde Carinari Gloſſis χαριεντίζεσθαι, hoc eſt illudere.

*obiectantes*]obicientes.

*Cariſſam*]Capriſſam: alij, Cariſam Gloſſæ. fortaſſe à Caribus. notum enim qui Cares fuerint.

*vaſram*]ita Iſidori gloſſæ, alij legunt vafrum. Gloſſæ πανοῦργον & πορνοβοσκὸν exponunt.

*Carnificis loco habebatur is qui ſe vulneraſſet*] cui ob id etiam non parentabant, neque iuſta faciebant, niſi ſuſpenſis oſcillis, velut per imitationem mortis. Idem non lugebatur ab vxore l.11.§.3.de his qui notantur infamia. Tarquinius huiuſmodi homines iubebat crucifigi. v. Caſſium Heminã apud Seruium Danielis.

*Caſa*]hoc verbum ſatis frequens in iure.§. 5. Inſt.de rerum diuiſ.l.penult.ff.de vſufruct. l.41.§.3. ff.de legat.3.l.5.l.6.ff. de adquir.rerum dominio.

*Caſaria*]dicitur eodem modo quo focaria, quæ focum colit. l.12.§.7. ff. de inſtructo, à qua focarius l.1.§.5.ff.nautæ caupones.

*Caſcum antiquum*]dixi ad Varronem 4.

*Caſeus à coeundo*] alij à cogendo. vide Iſidorum.

*Caſnar*]vide Nonium in Carnales.

*Caſſabundus*]*alij caſabundus crebrò cadens*) id noſtris Caſſitare l.20.§.3.ff. de ſeruit. vrbanorum.

*Caſsiculum*] *à caſsibus*)aranearum, piſcium, vel aliorum animalium. Gloſſis δίκτυα.

*Caſſilam*]*pro caſſide*) Gloſſis: caſſis περικεφαλαία. adde l.1. Cod. Theodoſ.de fabricenſib.

*Caſtrenſi corona*]vide 5.Gell.6.

*Caſus*]*ſed etiam vocabulorum formas*) adde Varronem 7.vbi de Caſibus.

*Catamitum*]vide ſ̄. Alcedo.

*Catampo*]κατ' ἄμφω: alij Catambo. quidam κόντακα, vt in lege 1.Cod.de aleatorib.

*Catax*]qui & coxo. vide Noniũ in Catax.

*Catillatio*]

*Catillatio*] *expoliaſſent*) vide infrà Catillones.

*Catillones*] *Catiliones*) vide infra Fiſcellus.

*guloſus*] Nam Catullire eſt eſurire, vel libidinari. Nonio apud Macrobium 3. Saturnal. 19. Catillones propriè dicuntur qui ad polluctum Herculis vltimi cùm venirent, catillos liguribant.

*Catones*] Cothones. ſunt autem Cothones vel Cothona. portus artificiales Seruio. 1. Æneid. dixi ad l. 59. ff. de verb. ſignific.

*Catulus genus vinculi*] adde infrà Millus collare canis: & Noniū in Collare: & Lucilium ibidem, cùm manicis catulo collarique vt fugitiuum deportem: cuiuſmodi ferè iniiciebatur torquendis l. 7. ff. ad l. Iul. de vi publica. Eſt præterea Catella deminutiuū apud Nonium à catena: vt infrà in Redimiculum.

*Caudecæ*] *Caudetæ. alij, Caudeæ ciſtellæ ex iunco*) in Gloſſis manuſcriptis corruptè Caudia iunceum quod vinciā caudę emargat. dicitur & ſcrippum & tibini.

*Cauiares*] *cauiæ*) cauæ: alij cauiar, & rectè. Pars enim ſecundum caudam Cauiar, vt in boue Palaſea: in ſue, offa penita. Scaliger id ita eſſe putat ex his quæ dicuntur infrà in October equus. Verùm, hic de quinquēnali ſacrificio: ibi de annuo ac ſolenni agitur.

*Cauillatio*] à cauillando. quod à cauendo rurſus deminutiuum. vide l. 177. ff. de verborum ſignific.

*Cauitio*] id eſt cautio. Hinc Plautus Cauita pro cauta. vt nauita pro nauta. fauitor pro fautor apud Nonium.

*Cautionem*] quæ & Cautela. vide Nonium in Cautio.

*Cauum*] v. infrà Chaos.

*&*] ex.

*Celibari*] Cęlibari.

*Curis*] vide infrà Curis.

*Cenina*] Cænina.

*Cenite*] Cænite.

*Cenſio*] *æſtimatio*) alij æſtimatio deſcriptoria.

*Cenſores*] Gloſſis Cenſor τιμητής: Cenſura διατίμησις, τιμώτης, ἀξίωμα.

*Cenſui cenſendo agri*] Cicero pro Flacco, Quæro ſintne iſta prædia cenſui cenſendo?

*venire*] vendi: id eſt qui ſunt mancupi: non qui vſu tantùm tenentur.

*Centenariæ cœnæ*] ita legitur apud Tertullianum in Apologetico cap. 6. alij Centuriæ cœnæ.

*Lege Licinia*] ſumptuaria, de qua, vt & aliis ſumptuariis, vide Macrob. 3. Saturnal. 17. Gell. 2. cap. 24.

*non plus centuſſibus*] Tertull. cap. 6. Apologetici, Videte Centenarias cœnas, à cētenis ſeſtertiis dicendas. Et apud Gelliū dicto loco, Fannij centuſſiſque miſellos.

*præter terra nata*] apud Gelliū præter terra nata, vite, arboréque. & Cicero in quadam Epiſtola ad Fabium Gallū, Dum volūt, inquit, lauti iſti terra nata, quæ lege excepta ſunt, in honorem adducere, fungos, helluellas, herbas omnes ita cōdiūt, vt nihil poſſit eſſe ſuauius.

*qui erant breues nummi ex ære*] hæc verba aut mendoſa, aut potius adiecta à Paulo.

*Centenas pondo*] dicebant etiam interdum laxius, centenas pondo libras.

*Centumuiralia iudicia*] de quibus v. l. 13. l. 17. ff. de inofficioſo. l. vlt. Cod. de petit hæredit. l. vlt. Cod. de liberis præteritis.

*triginta & quinque tribus*] v. infrà Curia.

*quæ & curiæ dictæ ſunt*] hæc verba non ſunt Feſti.

*Centuriata*] *item Curiata*) hæc duo verba ſi recipimus, ſcribendum eſt poſtea centurias & curias.

*turmas*] cēturias & curias: alij, per cēturias.

*Centuriatus ager*] *ducenta*) ducena.

*Cercolopis*] Cercalopex. Alij Cercolips, vt ſit nō caudata ſimia: de qua ſ. dictum eſt in Cælibē. opponitur autem Cercopitheco ſeu caudatę ſimię, quæ & Cluna Latinis.

*Cercopa*] *quaſi κέρδωνα*) longè petitū Etymō. legēdū fortaſſe, quaſi κέρκωπες, qui & πανοῦργοι.

*Cermalus*] v. ſ. Septimontium: dixi etiam ad Varronem libro 4.

*Cernuus calciamenti genus*] pro inclinato ſumitur, & in gyrum ſe cùm aliis vertente apud Nonium. vnde Cernuli Gloſſis πιπευσταί.

*Cerritus*] Gloſſæ manuſcriptæ Cerritum, inſanum, amentē. Nonio Ceriti, laruati malè ſani, aut Cereris ira aut laruarum incurſatione vexati.

*Cerrones*] Concerrones vel Congerrones.

*γέῤῥας*] v. infrà Gerræ.

*Ceruaria ouis*] quæ, ſi ceruus deerat, qui Dianæ mactaretur, immolabatur. vide Ouidium.

*Ceruus*] v. Varronem.

*Ceſpes*] *in modum lateris*) inde Græcis χορτόπλινθος.

*Ceſticillus*] Ceſtillus.

*quem ſuperponit capiti*] v. ſ. Arculum.

*Chalcidicum*] v. Vitruuium. 5. Dionem Caſſiodor. in Faſtis: Calchidicum etiam pro cænaculo ponitur.

*Chaos*] v. ſ. Cauum: & infrà, Cohum & Inchoare.

*Chilo*] *Cilo*) Gloſſis προχείλαλος hinc Fabius Cilo in l. 1. ff. de off. P. Vrbi. l. vlt. ff. de officio P. Vigilum.

*Cibus*] *κιβώτιον*) κίβος.

*Ciccum*] Gloſſis γρύκεχνος. accipitur etiam in Gloſſis manuſcriptis pro vmbilico lupi.

*Cicindela*] Gloſſis λαμπυρίς. Gloſſis manuſcriptis genus muſcarum vel ſcarabeorum.

*candelabra* ] v. ſ. Candelabrum. poteſt & hoc loco legi, Candela: quam à candore Iſidorus.

*Cicuma*] Cucuma:alij,Cecuma.

*noctua* ] Gloſſis Νυκτερὶς & veſpertilio.

*Cilium* ] *ſupercilium* ) vide infrà ſupercilium.

*Cillibæ* ] dixi ad Varr.4. vbi de menſis.

*Cimbri*] *latrones*) eadem forma Iſauri,piratę:l.20.Cod.de feriis. Ambrones, diſſoluti & turpis vitæ homines. ſ. Ambrones: Opici & Oſci,Obſcæni,infrà Oſcum.

*Cincia*] vide quæ ſcripſi ad l.3.ff.ſi pars hęreditatis.

*Cingulo*] *quod vir in lecto ſoluebat* ) adde infrà Cinxiæ:Nonium in Cingulo:& quæ ſcripſi ad leges XII.Tabul.

*Cinxiæ* ] quæ fortaſſe videri ea poteſt eſſe quæ Virginenſis Auguſtino 4.de Ciuitate II. & Virginalis Arnobio: de qua etiã ſcripſi ad leges XII.Tabul.

*Cinguli*] v.ſ.Cingulo.

*Circanea*] Circenda.

*Circumluuium*] hic pro iure prædiorum ſumitur. At in gloſſis manuſcriptis pro loco quem aqua circumluit:qualis locus deſcribitur in lege.7.§.quod ſi vno 4.ff. de adqui. rerum.dom.

*Ius prædiorum*] ius prædiatorium.

*Ciſpius*] *hominis*) Ciſpij Anagnini.

*Ciſterna*] adde l.1.§.4.ff.de fonte.hinc Ciſterna vini,Metaphoricôs in lege 21.§.ſed ſi de naui ff.de furtis.Gloſſis λάκκος.GloſſisMS. Ciſterna,eſt lacus collectorius.

*Citeria*] *quæ in pompa*) huiuſmodi effigies in pompis deferebantur. adde quædam ex Plutarcho in Ageſilao. adde ſ.Manducus.

*Cæcilium*] Cælium.

*ire*] iri.

*Citimus* ] Cis enim antiquum, Citis faciebat:vnde Citimus:aliis Citumus. v.Nonium.

*vls*) vide infrà Vls.

*vltimus* ] à genitiuo vltis. v.l.2.§. & quia 32.ff.de origine iuris.

*Ciuicam*] v.ſ. Gell.6.

*Clacendix*] Calcendix.

*Clam*] *à clauibus*) vel à Calim : v.ſ.Calim.

*Claritudinem*] v.Nonium in Claritudo.

*Claſſici teſtes*] id eſt Ciues:qui neceſſariò erant in aliqua claſſe.alias,Claſſici Gellio 7.c. 13.primæ tantùm claſſis homines.Tranſlatiè verò pro inſigni, vnde Claſſicus ſcriptor Gellio 19.cap.8.Eſt & gloſſis M S. Claſſarius ſeu Claſſicarius,idem ac Claſſicus συλληστής. Alio quoque ſignificatu Claſſici in lege vnica.Cod.Theod.de Claſſicis,deputati nauibus purgandis & deducendis.

*Claſſis procincta* ] adde infrà Endoprocinctu. Gloſſis Procinctum eſt ὅταν εἰς πόλεμον συγκαλέσωνται Theophil.Inſt.de teſtament ordinandis ἡνίκα ἔμελλον ἐξιέναι ἐπὶ πόλεμον.

*Claua*] adde ſ.Cacula & Calones.

*Clauata* ] *veſtimenta clauis intexta*) hinc definitum.Clauos aureos vel purpurę, veſtimẽtorum eſſe,etiam non conſutos veſtimentis. l.19.§.5.ff.de auro:multò magis conſutos l.25. §.1.ff.de auro.

*intertexta*] intexta.

*Calciamenta clauis confixa* ] Ab huiuſmodi clauis,clauarium,donatiuum in clauos militarium caligarum : cui muneri, vt clauarius, pater Suetonij præpoſitus.alia ratione clauus morbus in l.12.ff.de ædilitio:alia item in l. 3. §.8.ff. de incendio pro clauo nauis, qui & Clauis Gloſſis, Claues,οἴακες πλοίου. quin & alia in l.vnica.Cod.de excuſatione artificum vbi Clauicularij, qui & Clauarij Gloſſis & ἡλοκόποι clauorum artifices ſunt, aliter quàm in l.8.ff.de cuſtodia.Græci interpretes ſumũt Clauiculariũ pro carceris præpoſito ,fortaſſe quòd claues geſtaret.

*Claudere* ] *cuius rei tutelam penes Portunmum eſſe putabant* ] vide Seruium 6. Æneidos. ab eo Portumnalia Varroni 5. de lingua. in æreis nummis Neronis, portus Oſtienſis agnoſcitur, cum huius Dei imagine. vide Ouid.6.Faſtorum.

*Clauim*] Clauum.

*portarum*] portuum.

*Claudiana*] *collectus*) coniectus.

*Clauim conſuetudo erat mulieribus donare*] claues iiſdem adimebantur in diuortio.v. Ciceronem 2.Philipp.Ambroſ.Epiſtol.65. qua de re diximus ad l.2.ff.de diuortiis.

*Clauſula*] Seneca 1.Epiſtol.11. Iam clauſulam epiſtola poſcit.& 3.Epiſtol.26.finire iam volebam,& manus ſpectabat ad Clauſulam. Gloſſis Clauſula νόημα.

*καλοφᾶνα*] ἀείσδον alij κῶλον.

*Clauus annalis*] *vt per eos numerus colligeretur annorum*] v.Liu.7.circa principium.

*Clientam*] *Plautus*) in Milite.

*Clingere* ] *cingere*) cludere. in Gloſſis M S. cliſciſcere,diſiungere.

*κλείειν*] κιγκλίζειν.

*Clitellæ*] *acclina*) accliuia.

*Cliuia*] v.10.Plin.14.hinc cliuina auis, quã quidam clamatoriam vocant,apud Plinium dicto loco.

*Cliui*] v.Publicius.

*Cloacæ* ] vide infrà Cloacare. & l.1.§. 4.ff. de cloacis.

*Cloelia*] v.Liuium.1.

*Cloelio*] Cleantho.

*Clucidatum*] v.infrà Glucidatum.id autem περὶ τὸ γλύκυ.

*Clumæ*] Clunar gloſſis.

*Clunaclum*] *ſanguinarium*) ſanè victimariũ vel ſaginarium.

*Clunas*] Cluras Gloſſis.& malè.

*Clunes*]vide incerta Verrij.
*infractos*]deſertos.v.Nonium 3.43.
*Clutum*]*inclutus*)vide j.Inclutus.
*In*]v.infrà,In.
*Clypeum*]*Gabiorum*)Sabinorum.
*Cnaſonas*]Cnaonas.
*ſcalpunt*] id genus acus muliebris diſcerniculum:diuerſum ab eo quod fiſtulam & κα-λαμίδα appellant,quo crines ſuſtinentur.
*Cneſoſum*]vide infrà Gneſoſum.
*Cocetum*]Coccetum.hoc verbo vtitur Tertullianus libro contra Valentinianos.
*Coclacæ*]Conchalacæ κόχλακες.
*Cocliones* ] Cociones.alij Cunctiones , alij Cuctiones.v.16.Gell.7.& ſ. Aulator. Gloſſis Cocio μετάβολος.iiſdem Cociator dicitur.
*Coctū*]*coquendo coartetur*)coquẽdo coerceť.
*Cocula vaſa*]quæ cocitatoria in l. penult. ff.de penu. & cocinatoria in l.19. §. 12. ff.de auro:& coquinaria: aliis coquinatoria,aliis coctiatoria.
*Coelius*]*Coele quodam*)Coelio Vibenno.
*Cognitor*]à Procuratore hic diſcernitur cognitor. hic præſentis: ille abſentis eſt. Anianus in l.ſi lite.Cod. Theodoſ. de cognitorib. & procuratorib. Propriè tamen dicitur cognitor in cauſa ſtatus, teſte Aſconio 3.Verr. Donatus in Adelphis. In tria, inquit, diuiſit officium orationis ſuæ.in aſſertoris, principio eam dicit eſſe liberam:in cognitoris, ciuem Atticam:in fratris,meam ſororem.adde Paul.1.ſentent.2.Titul.de cognitoribus:& libro 5.Titul.25.
*Cohum*]v.ſ.Cohum.
*Coinquire,deputare*]Conquinire, decubare. vnde Conquineſcere Nonio, decubari.
*Collus*]Culeus , qui & collare Nonio.alij legunt Culleus,vt ſit vas parricidale , de quo in l.penult.ff.ad l. Pompeiam de parricid.
*Colophō*]*colluuione*)adde Non.in Colluuio.
*Coloſſus*]v.34.Plin.7.
*à Caleto artifice* ] à Coleto Charete. alij à Charete:teſte vel ipſo artifice,qui ſubſcripſit Coloſſo.
*Centum & quinque*]Imò 70.tantùm. vt ipſemet Chares ſcripſit.
*Comedum*]*Comedo*) adde Nonium in Comedones.
*Comitiales dies*]his adde de Comitiali morbo infra Prohibere:& alia quædam ex verbo Quando Rex comitiauit fas. De Comitiali morbo, vide infrà Prohibere Comitia.
*ſimul*]inſimul.
*Commentacula*] comotacula.
*virgæ*]adde infrà Culticula.
*Commentaculum*]*ſacrificiis*)ſacris.
*Committere*]*relinquere*)delinquere.
*Comœdice*]*Plautus*)in Milite.
*Euge heus adſtitiſti* ] Euge ἀγχιμόλως hercle adſtitit.Ita legitur apud Plautum.
*Comparſit*]*Terentius*)in Phormione.
*Compaſcuus* ] vide Ciceronem in Topicis: 15.Iſid.13.
*Compernes* ] vide Nonium in Compernes.
*Compilare*] ne pilos quidem relinquere,Aſconio.alij,hoc verbum deriuant,à pilis militaribus. Eſt enim pilentum agmen,denſum ac preſſum: vti eſt apud Seruium nondum excuſum:ideóque Pilare,cogere eſt.
*& in vnum condere*] vide infrà Pilare. qui publica ſacra compilauerunt . l. 9. §. 1. ff. ad l.Iuliam peculatus.
*Compitalia*]videndus Varro 5.de lingua.
*Compluriens*]adi Nonium in Compluriens.
*Comprædes*] vide infrà Præs.
*Comptus*]*quod*)qui.
*Conauditum*]*conauguſtatum*) conaugulatū. ſic Gloſſis Conadunare συναγαγεῖν.
*Conceptiuæ*]Conceptæ:dixi ad Varronem *ſementinæ* ]ſementiacæ.
*Conciliabulum* ]15. Iſid. 2. diuerſum à foro. 1.Gel.7 Paul.4. ſentent.6.Liuius 4.25.39.
*Conciliatrix*]Gloſſis προξενήτρια.
*Concilium* ]*vocando*)conuocando.
*Concinnare*]vide Nonium in Concinnare. Gloſſis συγκακεργτικόν.adde Nonium in Cinnos & Cinnus & Concinnare, duobus locis. hinc Concinnatores litium dicuntur,l.9.§.2. ff.de off. proconſ.
*Concinere*]conciere.
*Conclauatæ* ]conclauia.
*Conclauia*] vide l.1.§.1. ff.de ventre.l. 47.ff. de damno.Gloſſis συνοίκια.
*claue*]claui.
*Condicere eſt dicendo denuntiare*]vide §.appellamus ij. Inſt.de actionib.Gloſſ. Condico συντάσσομαι μετὰ παραγγελίας.
*Condulus*]Condalus. Græcis κόνδυλος. alij Condalium.
*Confecerunt*] alij Condalium. Gloſſis Conficit συντελεῖ.
*Confecta ſus*]talis fuit ea quæ cum 30 porculis ab Ænea mactata.
*Conflages*]Confluges Nonius.Iſidorus Cōfrages.Vtrūque autem eo modo dicitur,quo ſufflamen & ſufframent.
*confluunt*]confligunt.
*Congruere*]vide j. Gruere.Gloſſis συνανεῖν.
*quæ non ſe ſegregant* ] quia non ferè ſegregantur.
*Coniector*]Gloſſis ὀνειροκρίτης.
*Conitum* ] alij Conſtus. alij Comitus , alij Comptum,alij Conſtum. alij Comtum.
*exculta*]cultu.
*Coniuola*]cohiuola.Gloſſis Cohiuum. ve Coniuum κόλυξ ῥόδου μεμυκώς.iiſdem cōcor dem etiam ſignificat.
*occulta*]oſcula.
*Conlatiuum ventrem*] Plaut. in Curculione.
*Conluare* ] adde infrà ſublucare. Gloſſis

Conlucatis' ἄλσος τέμενος. vbi pro Conlucatis legendum eſt Conlocatum.

*eum profanæ ſiluæ*] conlucatæ dicuntur priuatorum ſiluæ: luci, qui ſacri erant, incedui.

*Conruſpari, conquirere*] Nonio Ruſpari eſt ſcrutari. Gloſſis Ruſpinat χειροτρίβει.

*Conſcripti*] vide ſuprà Adlecti.

*Conſentia ſacra*] ita & Conſentes Dij gentibus, conſenſu recepti.

*Conſiderare*] adde infrà, Præſiderare.

*Conſilium*] quod & Deliberium. Gloſſis συμβουλία, γνώμη.

*Conſiliant*] conſideant.

*Conſiptum*] *pro Conſeptum*) Gloſſis Conſeptum περίβολος.

*reperitur*] inuenitur.

*Conſponſor*] Cicero 12. ad Atticum. vide infrà Spondere, & Sacramentum.

*Conſponſos*] vide Varronem.

*Conſternatio*] adde Nonium in Conſternari. Gloſſis Cōſternetur σκιρτᾷ, πτύρεται, κίνεται, συνταράττεται.

*à Sternutamento*] à ſternata mente.

*quòd eo toto*] eo quòd toto.

*Conſtitutus hominum*] Conſtitutus, hominū conſiſtentium multitudo: & ita apud Varronem, Conſtitutus hominum.

*Conſualia*] vide Varronem & Nonium in Cernuus.

*Contagionem*] vide Nonium in Contagio. Gloſſis Contagia μολυσμοὶ μιάσματα. iiſdem Contiagia νοσοὶ ἐκ παρατριβῆς.

*Contemplari*] Gloſſis σχάζουσι. adde Noniū in Contempla.

*Conteſtari*] vide l. 1. ff. quod iuſſu. hinc Conteſtario Paul. 2. ſent. 14. conteſtatò. l. 1. §. Iulianus. ff. de liberis agnoſcendis. Gloſſis conteſtatæ μαρτυρήσασαι. Conteſtatur συμμαρτύρεται. his adde quæ de Anteſtatione ſcripſi ad leges XII. Tabularum Titul. 7.

*Conteſtari litem*] vide legē 1. C. de litis conteſtat.

*Contrarium æs*] Contarium æs.

*Contubernales*] domeſtici l. vlt. ff. de auro, (vnde Gloſ. συνοικοὶ, & σύσκηνοι, & Cōtubernium συνοικέσιον, συσκηνώνιον) milites l. 154. ff. de verb, ſignific. (vnde Gloſſis Contuberniū σύνοπτον στρατιωτῶν) ſeruorum coniuges & nati. l. 2. § 3. ff. de Inſtructo. dicitur etiam Gloſſis Contubernatius. vt & aliis Contabernarius.

*Tabernacula*] vide infrà Tabernacula.

*licet ex tentoriis*] licet tentoria & pellibus. hinc ſub pellibus degere milites dicuntur in l. 7. ff. de ſupellectile. & Ammianus 19. ſub pellibus exercitu diffuſo. adde Liuium. 5. Tacitum 3. & 14. 2. Valer. Max. 2. Lamprid. in Alexandro. inde pelliones. in l. vlt. ff. de iure immunitatis. l. vlt. Cod de excuſat. artif.

*pellibus*) vide ſuprà Adtubernalis.

*Contubernium*] l. 5. §. à barbaris ff. de re militari: ſeruile connubium. l. 14. §. ſeruilis. ff. de ritu: l. 49. de manumiſſ. teſt. l. 3. Cod. de inceſtis: Paul. 2. ſent. 20. § 2. Inſt. de hær. ab inteſt.

*Contuoli*) Conculi, alij Coniuoli.

*Conuallis*] vide Varronem.

*Conuenta conditio*] conuenta conditio', vel conuentio. Vtrumque ferri poteſt. nam & Conuenta ſeu Conuentum. & Conditio idē quod conuentio. Idque formula diuortij ſatis indicat: Conditione tua non vtor. l. 2. §. 2. ff. de diuortiis.

*Conuentus*] *ab antiquo conuentum*] ſic conuenire Nonio obuiam fieri. & noſtris, in ius vocare. vnde conuentio l. 47. ff. de rei vind. l. 7. Cod. de præſcr. xxx.

*multitudo, &c.*] hinc Gloſſis Conuentus συνοδία, σύνοδος, ἀγορά, συνέλευσις, ἄθροισις.

*tertiò cum à magiſtratibus iudicij cauſa populus congregatur*] Idem Theophilus §. eadem Inſt. quibus ex cauſis manumittere: & in pri. Titul. de ſucceſſ. ſublatis. hinc Ciceroni 7. in Verrem. Liuium 38. Cæſari 6. conuentum agere, quod & infrà, forum agere: in verbo Forum.

*ſupplicationi, &c.*] hinc Conueniri Nonio colligi, coire.

*Conuexum*] Conuexus Gloſſario περιφέρεια.

*Conuicium*] *à vicis*) malè apud Noniū c. 1. à vitiis nā à vocib' dicitur in l. 15. § 3. §. 4. ff. de iniuriis. Gloſſis καταβόησις, ὀχλαγωγία. ac fortaſſe iiſdem, ex ſuperiore loco, ὀχλαγώγιον cōuicium legendum, non comitium: & ὀχλαγωγῶ Conuicium facio pro Comitium facio. quod tamen temere affirmare nolim.

*prius*], primum. Cæterùm quod ſcribit in vicis prius habitatum, id ipſum confirmatur ab Ariſtotele 1. Politicôn variis locis.

*Conuoti*] ita & Deuoti dicuntur. Gloſſis καθωσιωμένοι.

*Copona*] hinc Coponicula. Gloſſis καπηλεῖον. alij, Caupona: ſed vtrūque iiſdem dicitur Copo & Caupo.

*à Copiis*] alij à Cupis: alij à Copi: id eſt Copioſo. vnde Copiantur Nonio.

*Corculum*] *acutum*) cautum.

*Plautus*]. Nihil ad rem hoc Plauti exemplum, ſed potius id quod ait Cicero de Scipione Naſica, eū vulgo appellatū Corculū.

*Corgo*] Gorgo. Gloſſis ἀναμφιβόλως.

*Corius*] vide Nonium c. 3.

*ludus*] alij lucus, alii lupus, quod magis probandum. vide infrà Maſculino genere.

*hic frons*] vide infrà Frontem. alij legunt hic fons.

*Corniſcarum*] *In Iunonis tutela*] hinc Graculi monetę, monetulæ & monedulæ, à Moneta: quæ & Iuno dicitur. Gloſſis Muneta dea μνημοσύνη.

μισωνὴν.

*Cornua*] *fiunt*) fiant, vt belluæ.

*Corona* ] de Corona donatiua, graminea, myrtea, nauali, obſidionali, ciuica, murali, ouali, triumphali, v. j̄. Donaticæ, Gradiuus, Myrtea, Naualis, Obſidionalis, Oualis, Triũ phales &.5. Gell.6.

*Coßi*] v.11. Plin.33. qui & poſtea Cuſi. Gloſ. Cuſus ξύλου σκώληξ. Hiſpanis Guſani. Teredo nes etiam Græci, vt & Latinis Termites 12. Iſid.5. Eſt igitur Teredo in ligno, quod vermis in carne, tinea in veſtimentis: eruca in olere, tarmus in Lardo.

*Cotiliæ*] Cutiliæ. ita legitur apud Varr.4. de lingua:3. Plin.12.

*Coturniũ vas*] fortaſſe idẽ quod gutturniũ.

*Craticulum*] κρατίω: alij κρατάνιον, alij κρατάμα: alij à Crate: vt à rete, reticulum.

*Crebriſuro*] vide infrà Suro.

*Creduas*] *Plautus*) in Bacchidibus.

*Creperum, dubium*] inde Crepera vita: infrà in Decrepitus, & Crepuſculum Varroni 5. de lingua:5. Iſid.4. adde Noniũ in Crepera res. Eſt autem Creperum Sabinum vocabulum.

*increpitare*] vide infrà Increpitare.

*Crepitulum*] Crepiculum. Tertullianus libro de Pallio Crepidulum.

*Creterre*] *à Cratere*) craterra Nonio.

*vas vini*] ita Nonius in Craterra: vt & apud eundem, Craterræ vaſa olearia.

*Creui*] *hæreditatem adij*) imò minus quàm adij. Nam cretionem aditio ſequebatur. Gloſſis Cretio προσέλευσις κληρονόμου. Porrò quid ſit Cretio in iure & quid Cernere, vide Vlpianum in fragmentis Titul.12.§.27. & ſequẽtibus. vbi pleniſſimè dixi l.17. Cod. de iure deliberandi: Varrone 5. de lingua.

*Crines*] κρίσιν) διάκρισιν.

*nam iidem eos κρινίδας vocant*] nam ideo eos crines vocant.

*Crocatio*] v. Noniũ in Crocire & Crocitũ.

*Crocotilam*] *Extortis talis*) alij, extritis talis. vitium in corpore mulieris notatũ, vt ſit cõpernis, valga & varia. Lucillio lib.17. Huiuſmodi mulieres λαιποδίαι Athenienſibus dicebantur: niſi quòd quibuſdam eæ videntur eſſe, quę falcatos habebant pedes. v. j̄. Falcones.

*Cum crocotilis cruſculis*] alij Crotilis cruſculis. alij todellis cruſculis. Eſt autem Crotilũ exile. vnde etiam ſucerotilla vox tenuis, infrà in Sucrotilla. Todi verò, genus auium paruarum infrà Todi.

*Cruſculis*] v. infrà Cruſculum.

*Crocotinum genus operis piſtorij*] fortaſſe à croci colore dictũ. vnde etiã Crocota Nonio, genus veſtis crocei coloris: vnde Crocotarij.

*Crucium*] *vinum inſuaue Crucium dixit*) ſic Alexis loquens de vinorum generibus, κρείνδος βαπτισμὸς ἐστι.

*Crumina*] Gloſſis Crumina, θύλακος.

*tene tene, &c.*) tene cruminam, in ea erunt xxx. minæ.

*Cruſculum*] adde s̄. Crocotilum. (ὑδρία.

*Cruſtariæ*] *Cruſtatis*) Cruſtata. Gloſ. γεγισα-

*Cruſtumina tribus*] ſic Cicero pro Plancio & Balbo. alij Cruſtumerina tribus.

*vrbe Cruſtumena*] vrbe Cruſtumeria. Porrò, de Cruſtumeria Sabinorũ, vide Halicarnaſſ. 2. Plutarch. in Romulo: Steph. de vrbib. Cruſtumerio Latinorũ. v. Liuiũ. 2. Cruſtuminio & Cruſtumerio Liuium 1. Cruſtumero v. Virgil.7. Æneid. Cruſtumio. v. Silium.8.

*Cubam*] Cumbam.

*quam militares lecticam*] dixi ad Varronem 4. vbi de lectis.

*Cubans auſpicatur*] Virgilius, Pellibus incubuit ſtratis ſomnóſque petiuit.

*Culcita*] adde Non. in Culcita duob⁹ locis.

*Culigna vas potorium*] Gloſſis σκεῦος οἴνου.

*Culina*] quæ & colina & coquina v. Noniũ in Culina.

*Culiola*] v. infrà Gulliocæ.

*Culticula*] Culcitula.

*fuſticulus*] adde quædam ex verbo Commentacula.

*Cumalter*] ad eundẽ modũ Caſsius in Epiſtol. dixit cumpartim. Cum primè 17. Gell.2.

*ſodes*] v. infrà Sodes.

*Cumeram*] Horatio vas vimineum, vel fictile reponendis frugibus.

*Vtenſila*] Vtẽſilia. vt s̄. in Acrumeruma. & in l.12.§.28. ff de inſtructo: l.12. ff. de decurionib⁹

*Cum imperio*] diuerſa ſunt cum imperio eſſe & cum poteſtate. hic enim diſiunguntur. & infrà cum poteſtate. Ita diſtinguitur Imperium à poteſtate in l.7. & 10. ff. de vi publica.

*eſſe*] *eſt.*

*Cum poteſtate*] *eſſe*) eſt.

*Cuniculum*] In iure Cuniculus canalis ſub terra opertus l.26. ff. de damno: l.11. ff. de aqua & aquæ pluuiæ: l.3 § 6. ff. de riuis. cui ibidem opponitur, ſpecus ſeu foſſa.

*Cunire*] *inquinare*) v. s̄. Ancunulentæ.

*Cupes*] *Cupedia*) Cuppedia v. Nonium in Cuppedia. alij Cuppediæ. vt apud Gell.6. c.13.

*cibos*] ſcyphos.

*forum cupedinis*] v. Varr.4. de liegua.

*Cupreßi domibus mortuorum ponebantur*] Idẽ Plin.16. c.33. ideo ferales dicuntur Horatio, & Diti ſacrę.

*Cura*] cui ſimilis Curatura & Curatio. v. Nonium in Curatura.

*Cor edat*] coreda.

*Curatores*] *qui pupillis loco Tutorum*) v. Inſt. & ff. de Curatoribus.

*qui rei frumentariæ*] hi curatores emendi frumenti σιτῶναι in l. vlt.§.5. ff. de mune. & hon.

*Curia*] v. Nonium in Curia. Gloſſis βουλὴ βουλευτήριον.

*Calabra curia*] v. Varr.4. de lingua: 1. Macr.

15. Gloſſis Calebra ἱππέων βουλή. ſed quoniã hîc Calabra curia dicitur vbi tantũ ratio ſacrorũ gerebatur, videtur illo Gloſſarum loco legendum, ἱερῶν βουλή.

*quibus poſtea additæ ſunt quinque*) hæc verba temere hîc adiecta à Paulo. v. ſ. Centũuiralia.

*nomina Curiarum virginum*) nomina Curiũ aut Curetũ virginũ. vel, ſi mauis, Curienſiũ. Sabinorum enim nomina impoſita Curibus.

*Curiales*] ſerui curiarũ. Terentio. Curiales vernulæ inter publicos ſeruos & communes numerantur. de quibus in l.6. §.1: ff. de rerum diuiſ. quibus cùm manumitterentur nomen magiſtratus imponebatur. Curiones poſtea appellati obſoleta veteri cõſuetudine Comitiorũ, quæ appellatio poſtea attributa præconibus & Calatoribus. Gloſſis Curialis βουλευτής, βουλευτικός.

*Curij*] Curiati.

*Curio*) Curiatio.

*Curionem agnum*] v. Nonium in Curio.

*Plautus*) in Aulularia. (maximus.

*Curionium*] *Curioni*) de Curionibus. adde ĩ.

*Curis*] vide Celibari.

*Curriculo pro curſim*] adde 12. Gell. vlt.

*Curriculus*] adde Noniũ in Curriculus. dicitur & apud eundem Curriculum.

*Curtij locus*] Curtj lacus.

*Curules magiſtratus*] l 2. §. 26. ff. de origine iuris: l.1. ff. de ædilitio: §. 7. Inſt. de iure naturali. Liuius. 6. Gloſſis Curulis ſella δίφρος βασιλικός, & alio loco ὑπατικὸς θρόνος. Theophilus in §. proponebãt Inſt. de iure naturali σέλλαν τὴν ὑπατικὴν vocat.

*Cuſſilirem*] Coſſilirẽ. alij, Coſſilires, qui coſſim vel coxim, id eſt varicitus lirant vel ambulant. Tranſlatitiè, pro otioſo, vt hîc.

*Cuſtodelam*] ita ſ. Confugela.

*Cutis*] vnde Cutitus. v. ĩ. Intercutitus.

*Cybele*] Cybebe.

κίβισον, βέβηλον, κυβίζειν, κύβηκος. V.

*Cymbium poculi genus*] hinc cymbia argentea in l.32. §.1. ff. de auro. 20. Iſid. 5. adde Nonium in Cymbia.

*Cypariſſæ*] vide infra Cypariſſiæ.

*Cypariſſiæ*] Cypariſſæ vt ſ.

*Cypria Venus*] diua potens Cypri Horatio

*Cyprio boui merenda*] *id eſt ſtercus.*

*in qua boues humano ſtercore paſcuntur*) falſum hoc eſſe multi putãt. id enim nulli animanti ruminanti accidit.

*propter ſtagna, &c.*) Prope ſtagna: genus vbi lanigerum piſcibu paſcit.

D*Acrimas*] *lautia quæ dantur legatis hoſpitij gratia*) in eũ vſũ Xenoparochi, de quib. in l.18 §.10. ff. de muneribus. de legatiuo adde dictam l.18. §.12.

*Dagnades*] Dacnades. δακνάδες, Heſychio.

*canturiendo*) id Gloſſis ψυθιρίζειν. alij cantitando legunt.

*Dalinum*] aliaunum. & ita Gloſſis Daunum ἄφεγκτα iiſdem Dauus ἄφρων, ἄπειρος.

*Damiũ ſacrificiũ quod ſiebat in operto*] Gloſſis θυσίαι ὑπαίθριον γιν ὑμῖν.

*dea damia*) Dea Damia. aliis Dea Demia.

*ſacerdos eius Damias*) alij Damiatrix, alij Demiatrix.

*Danunt*] adde Nonium in Danunt. Gloſſis Dianunt δίδωσιν & Didita. διαδοθέντα.

*Daps*] Gloſſis εὐωχία.

*res diuina*) inde Nonio Dapes, apparatus religioſi, opipari: ſed & infãdi atq; vitabiles.

*dapticè ſe acceptos*) dapſile Nonio. adde eũdem in Dapalis cena. & Gloſſis Dapus πολυτελῆ δεῖπνα. (rare eſt obloqui cõfingere

*Deblacterare ſtultè loqui*] Nonio Deblate-

*βλάκας ſtultos appellant*) Gloſſis βλὰξ iactans βλακία iactatio: & βλαρὸς ſtultus & Blaterare, ματαιολογεῖν. Blato ματαιολόγος. (ædificia.

*Decalicatũ*] quod & Calicatũ vt ſ. Calicata

*Decima quæque veteres Diis ſuis offerebant*] Imò vni tantùm Herculi. Varro 5. de lingua. de ea re dixi ad l.2. ff. de pollicitationib.

*Decotes*] alij Decutes, quaſi ſine cute & flocco vel flacco. vnde Defloccare Nonio.

*Decrepitus*] Gloſſis Decrepit⁹ ὑπέργηρος, τετυμβωμένος, γέρων ταχυθάνατος ἐκπεπνευκώς.

*crepera iam vita*) v. ſ. Creperum.

*crepuſculũ extremũ diei tẽpus*) Gloſſis ἡ ἑσπέρα ὥρα. & alio loco Crepuſculo, ὄρθρου ὑπανίοντι.

*nec vllum poteſt facere crepitum*) quidam decrepitũ dici putãt ab vltimo crepitu candelæ vel lucernæ: id enim decrepare, & deſtertere.

*Decultarunt valde occultarunt*] vt particula De augeat: vt in verbo depoſiũ l 1. ff. depoſiti. ſic ĩ. Dedita valde data. (fluctus. v. Albeſia.

*Decumana oua*] adde ſ. Albeſia. decumani

*Decumanus limes*] 18. Plin. 34. qui & Decimanus Siculo Flacco adde Aggenũ de limitibus: & Duodecimanus Hygeno.

*Cardo*) v. Siculum Flaccum: & Aggenũ, idẽ & Kardo Hygeno.

*Decuriones*] qui & Decurioni ſ. Centurionus: & Decures. ſ. Decures.

*qui denis equitibus præſunt*) Gloſſis Decurio. δεκαδάρχης Decurionatus δεκαδαρχία. alio ſignificatu decurio ſumitur in Titul. ff. & Cod. de Decurionibus.

*Dedita*] v. quæ ſ. dixi in Decultarunt.

*Deformitatum*] Deformicatum.

*à fomitibus*) v. infrà formites.

*Defrenſam*] Gloſſis Defrẽſa ἄσυρα θερισθέντα: & Defrens ἄσυρα, θερισμός.

*Degere*] Degerere.

*Degunere*] Gloſſis ἀπογεύσασθαι & συγγεύσασθαι. alij Degumare, alij Deguniare à Gumia. de quo infrà in Ingluuies. id autẽ à γόμος, quod ſignificat πλήρωμα τῆς νεώς Saburrã Latini vocant. v. Noniũ 2. 377. dicitur & Degulaſſe Nonio: Degulator Apuleio in Apologet.

*Deinceps*] Gloſſis ἀνάρχαι. (dixit.

*Deincipem*] ſic Apuleius deincipẽ ſermonẽ

*Delapidata*]*lapideſtrata*) ſic in l.1. §. 2. de via publica.

*Deliberare*] id eſt perpendere. adde Noniũ in Deliberare.

*Delibrare aquam, ſulco deriuare*] aut potius conferre altitudinem loci vnde concipitur aqua, cum loco quo ducenda eſt. Vitruuius 8. c.6. hinc libramentum aquæ apud eundem authorem 8.c.3.8. c.6. & c.9. libratio, libra, aquaria. de librationibus aquarum & quemadmodũ dioptris aut libris aquariis aut chorobate, v. eũdẽ. Porrò Delibrare, alio ſignificatu accipitur apud Colum. 4. c.24. Authores rei ruſticæ pro librum tollere ſeu decorticare. de quo vide Nonium in Delibratum.

*Delicare*]*pro Dedicare*) vt & apud Noniũ pro aperire explanare & indicare.

*Delicata*] delicatus quaſi luſui.

*deditus*) Gloſſis Delicatus καθηδύβιος, τρυφερὸς ἁπαλός.

*dedicare, dicendo deferre*] ſic Nonius, Dedicare eſt dicere.

*Delicia eſt tignũ*] deliquiæ Vitruuio dicuntur huiuſmodi tigna. 6. c. 3. aliàs, Delicia apud Nonium, pro raro ac ſingulari.

*faſtigatum*] faſtigium.

*Delinquere*]*hinc deliquia*) vide infrà Deliquium. Cæterùm id deducit à delinquendo, quod eſt prætermittendo, cùm potius ſit à delinquendo, quod eſt à deficiendo. Tubero, num deliquit aut ſupereſt aliquid tibi? Cœlius in hiſtoriis, delinquere frumentum. & Gloſſis Deliquiunt μειοῦσι.

*Deliquium ſolis*] vide ſ. Delinquere. Gloſſis Deliquium ſolis ἔκλειψις ἡλίου.

*Delinquendo*] deliquando.

*Delinquat*] deliquatur.

*Deliquum*] Delicuum Gloſſis.

*Plautus*] in Caſina.

*Delubrum*] hanc Feſti interpretationem reprehendit Aſconius in Diuinat. Porro Delubrum ſignificat etiam Dei ſimulachrum & locum conſecratum. de quo vide Varronẽ apud Macrob. 3. c. 4. Seruium 2. & 4. Aeneid. & Gloſſis Delubrũ καθίδρυμα ξοάνον, ἀνάθημα.

*Deluit*] Gloſſis ἀποκλύζει.

*Demagis*] Gloſſis σφοδρῶς.

*pro minus*] Imò pro minus apud Non. 2. 229

*Deminutus capite*] v. Titulum, ff. de capite minutis.

*Demoe*] δῆμοι.

*Denariæ ceremoniæ & tricenariæ*] vide infrà Purimenſtrio.

*rebus*]*diebus*.

*carendum*] inde enim Ceremoniam dictam putat Macrob. 3. c.3.

*Denicales feriæ*] Denecales. adde infrà Priuatæ feriæ.

*Depeculatus*]*à pecore*) à peculatu. hinc depeculaſſere Nonio. ad eam formam Deargentaſſere.

*peculatus*] v. infrà Peculatus.

*Depontani*]*ſexagenarij*) v. ỹ Sexagenarios.

*Deprehenſa genus militaris animaduerſionis caſtigatione maior, ignominia minor*] extremę quidem pœnæ hæ militares collocantur, caſtigatio & ignominioſa miſſio in l.3. §. 1. ff. de pœnis. non fit tamen inibi mentio Deprehenſæ, niſi fortè in iis pœnis quæ illo loco enumerantur deprehenſam, putemus eſſe pecuniariam multam, vel munerum indictionem. proinde etiam hîc legi poteſt Depenſa, non deprehenſa ab ære pendendo.

*Depuuere*] Depuuire.

*Δέρεις*]*pelles*) *& poſt ſegeſtria*) Gloſſis ſegeſtrum γεωδέρμιον, vbi falsò πεζόδερμον.

*Derogare*] dixi ad l. 102. ff. de verb. ſig.

*Deſiuare*] Deſinare. vnde Gloſſis Deſinator ἀδούλωτος.

*Deſpretus*] 7. Gell. 10.

*Detudes*]*detonſos*) detonſes. Gloſ. μαιθέντες.

*Dextimum*] veteres Dextimum dicebãt pro Dextrum. vide Nonium in Dextima.

*Diabathra*] vide Varro 6. de lingua.

*Dianius*] Dianium, ita apud Liuium: vt Vitruuio, Aeſculapiũ, & Varroni Megaleſion.

*Dicaſſit*] Gloſ. συνεχῶς λέγει. & alio loco Dicaſſit ἐπαγορεύει.

*Dice pro dis*] Dice pro Dicem (vnde Nonio Dicebo) alij pro Dicam, malè. vide ſ. Attinge, pro Attingam.

*Dicearchia*] Dicearchia. v. infrà Minorem Delum.

*Dici*]*Curenſibus*) adde ỹ. Quirina tribus.

*Dies*] de diebus Comitialibus, Præliaribus, Religioſis, Seruorũ. vide ſuprà Comitiales, & infrà, Præliares, Religioſi, Seruorum.

*Diffarreatio*] cui contraria farreatio. Boet. in Top. Vlpian. Titul. 9. Halicarnaſſ. 2. Tacit. 4. Annali. 18. Plin. 3. Gloſſis Confarreatus. συμβιώσεως χάριν ξολκτὴς.

*Dignorant*] Denotant. Gloſſis Dignorat. αἰαπτύσσει. alio loco Dicorat διαγιγνώσκει. alij legunt. Dicnorant.

*Dilaniare*]*lacinia*) laniena.

*Dilectus militum*] v. ỹ. Lacus & Necglegens. ita quoque ſcriptum in l.20. ff. com. diuid. l. 36. ff. de ſtatulib. l.3. ff. ad l. Iul. Maieſt. l.4. ff. de re milit. & 4. legũ Francicarũ. c. 71. quibus tamẽ locis quidã legũt, delectũ: quidã, edictũ.

*Diobolares meretrices*] vide Fulgentiũ Planciadem. Gloſſ. Diouolares, perperam διοβούλου pro διοβόλοι.

*Dirigere*]*apud Plautum*) in Curculione. Clypeatus elephantũ vbi Machera dirigit: & ita legendũ apud Non. c. 4. 148. nõ diligit.

*Diruncium*] Deruncium. alij Diruncinant.

*Dirus*] adde Nonium in Dirum.

*deiira*] hinc Gloſſ. Diræ, ὀργαί, κατάραι, θεοχολωσίαι & Dirus θεοχόλωτος.

*Dirutum ære militem*]adde Varronem 4 de lingua.adde infrà,Reſignatum æs.eo fine librarij caducorum in l. vlt. ff.de iure immunitatis:poteſt & huc referri pecuniaria multa de qua in l.3.§.1.ff.de re militari.

*Diſertim pro diſerte*]ac planè Nonius in Diſertim. Gloſſæ Diſceptim σαφῶς φανερῶς.

*Diſertiones*]Diſortiones. Gloſſę Diſſortiones διακληρωθέντες (inde diſſortium & diſſortes.)Gloſſis Diſſortium διαχωρισμὸς, διάςασις.

*conſortioni oppoſitæ,*] de Cõſortib.v. l.31.inſ. ff.de excuſ. tut.

*conſortes*] vide Erctum & Sors.

*Diſertus*]Gloſſis λόγιος.

*à diſſerendo*]Gloſſis diſſerit διασαφεῖ, διασαφηνίζει. Diſertè ἐκτικῶς ἐλλογίμως.

*Diſpenſato.es*] vide Varr. 4. de lingua: 33. Piln.3.

*æs penſantes*]vide infrà Pendere pœnas.

*Diſſulcus*]Diſulcis Gloſſis χυρεοδιάτης, vbi ſcribendum χοῖρος διχαίτης.

*ſetas*]v.s̄.Biſeta.

*Diuidiam*] vide Nonium Diuidiæ, Diuidiæ & Diuidos. Gloſſis Diuidia διχόνοια.

*Diuidicula*] *quæ nunc ſunt caſtella quibus à riuo communi aquam quiſque in ſuum fundum ducit*).] Heſych. Κάστελλος, ὄνομα τόπου μεριζοντος τὸ ὕδωρ.

*caſtella*]l.19.ff.de ſeruit.vrb.l.1.§.39. ff.de aqua quotidiana,quæ & caſtelli.l.41.§.1. ff. de legat.1.plerunque ex plumbo fiebant.l.17.§.8.l.38.§.2.ff.de act.empto.

*Dium*]*diurnum*) dium ſic paulo poſt infrà in Dium.

*ſub dio*)vide Varr.4.de lingua. l.1.§. 3.ff.de via publica.

*Diuus herorum aliquis*)Diuus fidius,ab Ioue genus ducens.S.

*Dium fulgur*)Gloſſis Dium ἀςράπη.

*Doli*]*in bonis*)vide l.1.§.3.ff.de dolo.l.26. ff. de captiuis.

*Doliola*]vide Varronem 4.de lingua.

*Donaticæ Coronæ*] vide infrà in Optionalis & Donaticæ haſtæ.

*Donum*] vide Nonium in Dona. l. 194,l. 214.ff.de verborum ſignificat.

*Dorſum*] adde Nonium in Dorſa & Dorſum.

*Dotem*] ea φέρνη,πεοὶξ Gloſſis. adde Titul. C.10.de rei vxor.act. Vlp.de dotib.ff. de Iure Dotium.

*Dracones*] *incubantes eos theſauris cuſtodiæ cauſa finxerunt*) videtur Feſtus alludere ad id quod Varro 6.de lingua. & Nonius de Picis ſcribunt.

*Ideoque Aeſculapio adtribuuntur*] idem infrà plenius in verbis, In inſula Aeſculapio facta.

*Dubenus*] dixi quædam ſuprà in Adubanus. alij hic legunt Dubienus,qui nunc dubius. vnde Gloſſis Dubinos vel potius Dubienus διστός.

*Dominus*]dubius vt s̄.eod.

*Duellum*] *Gloſſis* πόλεμος,ἀρχαιῶς

*perduellis*] alij perduellio.adde l. 234. ff. de verborum ſignific.dicitur & Gloſſis Diuellio πόλεμος &Diuelliones πόλεμος, ἁρπαγαί.

*Duicenſus*]id eſt bis cenſus:ſic incenſus,qui cenſum non eſt profeſſus, de qua dixi ad leges XII.Tabul.

*cum filio*] vide ſuprà Improbus. Gloſſis δεύτερον ἀπογεγραμμένος.

*Duidens*]*bidens*)v.s̄.Bidens.

*Duis*]*pro dis*)pro bis.

*Dumecta*]*Dumeta*) Gloſſis Dumeta ἀκανθεῶνες, λοχμώδης ἢ θαμνώδης τόπος.

*Dumoſa*]adde j.Duſmoſa.

*Duodeuiginti*]vide ſuprà Dextans.ſic apud Nonium Duodeuiceſimo.

δυοεξεικόσι] δυοινδέικοσιν & ἑνοσδέικοσιν. V.

*Duonum*] Duonus. Gloſſis ἀγαθός.

*Duplabis*]Gloſſæ Duplauit ἐδίπλωσεν.

*Duſmoſo*]adde s̄.Dumoſa.

*caſmenæ*] vide infrà Pœſnis.

---

E*Apſe,ea ipſa*] Gloſſis Ea ipſa ἐκείνη αὐτή.

*Eccere*] *per Cererē*) Gloſſis Eccer διὰ τῆς δήμητρος. ſic intra Equirine per Quirinum

*pro ecce*]Gloſſis Eccire ἰδού.

*Edeatre*]Edeatræ,alij Edeſmatræ.

*Edecimata*]Edecumata id quibuſdam gloſſis ἀδέκαστον, ἀδωροδόκητον.

*Ederam flamini Dialij neque tangere neque nominare fas erat*]de his quæ flamini Diali interdicta,vide infrà Equo vehi, Fabā :Iurare, adde 10.Gell.15.Plutarch.in Problem.

*Diali*]Gloſſis Dialis ὁ τοῦ Διὸς ἱερεύς.

*edera*]v.infrà Hedera.

*Effaſilatum exectum*]Exfaſilatum.alij Exfilatum.alij Exafilatum. alij Expapilatum. vt infrà,Expapillato ,exerto bracchio.

*Effari*] φάσθαι ὡς φάναι.

*Egeriæ*]Aegeriæ.alij, ἠγέρια.

*conceptam*]conceptum.

*Egretus*]*adgretus*)v.s̄.Adgretus.

*ſurgendo*]ſugrediendo.

*Eiuratio*] Gloſſis Eiurat ἐξομνύει. hinc etiā Deiurium 7.Gel.18.

*Elacatena*]Helacatenes 32.Plin.vlt.

*ſalſamenti*]calciamenti.

*malandrea*]melandria.v.Varr.4.de lingua. 9.Plin.15.3.Athen.20.

*Elices.ſulci aquarij*]v.infrà Incillæ, Inlices, Inlicium.de Elicibus dixi ad l.1.§.9.ff.de aqua & aquæ pluuię.Elicatores,Gloſſis ὑδροκόποι.

*Elinguem*]hinc Gloſſis Elinguatio γλωσσοτομία.

*Elixa*] ἐξ ὕδατος ἑψητόν. Gloſſ. adde Nonium in Elixum.

*Elucum*

*Elucum ſignificat languidum*]quin & Elucus ipſam tarditatem animę ſignificat Gellio 6. cap.12. Tertull. de Corona, ab eluco defenſare.

*Elumbem*]*euulſo*)auulſo.

*Em*]adde infrà Im.

*Emancipati*] Gloſſis χειρόφετοι. & Emancipatio χειροφεσία & ἐξοικείωσις.adde Vlpianum Titul. 10. & quæ ſcripſi ad l.6.Cod.de emancipat.liberorum.

*qui aliorum fiunt dominij*] alij,domini legũt pro dominij.neutrum rectè.origo erroris nõ ab alio quàm Feſto.Emãcipare enim hoc poſtremo ſignificatu videtur accipere pro mãcipare, cùm ſint illa duo contraria: tametſi interdum cõfunduntur illa duo. ſic apud Nonium,ſenectus nemini emancipata, idem,ac ſenectus nemini mancipata. ídque etiam non ſine aliquo reſpectu dicitur. Nam qui quid emancipat,alteri id mancipat:nec mãcipatio vlla ſine emancipatione: vt nec venditio ſine emptione.

*Emere*]*pro ſumere*)vide ſuprà Abemito.

*Empanda*] *Paganorum dea*) de qua dixi ad Nonium.

*Emuſsitata*]idem quod amuſſitata.

*Endoitium*] de particula Endo pro In,adde infrà Endoplorato,Endoprocinctu,Endo iacito.& Gloſſ.Endopicus, Endocluſa, Endopeciſcas,Endedocarit, Endofeſtabat, Endoribuum.

*Endoplorato*] alij Edendoplorato. adde infrà,Sub vos placo.

*Implorare*]vide infrà Implorare.

*Endoprocinctu*]vide infrà In procinctu.

*incincti*]ſuccincti.

*Enubro*]vnde Gloſſis Enibra,Enibrum,Eniber picus,Inebro,Inebræ aues,Enibræ.

*Epicrocum*] ita Gloſſis. vide Varronem 6. Nonium 4.227.

*Epilimma*]Epalimma.

*Epolonos*]*quos nunc Epulones*)Epulares.

*Epulares*] Epulones.vide ſ. Epolonos.

*Equirine*] Ecquirine,vt ſit iuſiurãdum per Quirinum:vt ſuprà Eccere,per Cererem.

*Equo vehi Flamini Diali*]adde quæ ſcripſi ſuprà in Ederam.

*Equitare*]*equum publicum merere*) alij, equo publico merere.

*Equus Marti immolabatur*] vide infrà October equus.

*Erctum citúmque*] antea legebatur Ercetũ citum, quod fit inter conſortes. alij legunt Herctum &c.ab Herciſci. vnde illud notum in iure familiæ Erciſcundæ,vel herciſcundæ. aliis, Erctum citum, idem quod hæreditas diuiſa. Gloſſis Herctus, citus, vt apud Seruium Erctum non Citum, patrimonium non diuiſum: Erctum, ciendum, hæreditas diuidenda. Ciendæ,diuidendæ. Erciſcundæ, διαιρέσεως.

*conſortes*]vide ſuprà Diſertiones.

*libris legum Romanorum*]libris Regum Romanorum.

*Erctum*] ſenſus eſt, patrimonia prius erciſcebantur, id eſt coercebantur, ſeu coniungebantur, deinde ciebantur, id eſt diuidebantur. Hinc Seruius 8. Æneid. Ercto non cito interpretatur, hæreditatem coercitam, nondum tamen diuiſam.

*Erebum*]quidam ab Ereb deducunt vocabulo Hebræo vel Syriaco, quod Latinis ἑσπέρα. vnde Erabes vel Arabes, quaſi ἑσπέριοι.

*Virgilius*)lib.9.Æneid.

*Ergo*]adde Nonium in Ergo.

*Eritudo,ſeruitudo*]quidam ab antiquo Erus deducto à Græco ἔρος Eritudinem dici arbitrantur. Verùm inſolens plus ſatis verbum ſeruitudinis facit,vt in eius vicem legam,ſeueritudo: vt apud Nonium: & eò amplius Eueritudo,pro Eritudo.

*Erugere*]*factum*)alij ructum. alij eructum, v.10.Gell.7.

*Eruum*]adde Nonium in Eruum.

*Eſcariæ menſæ quadratæ*] vide Nonium libro 4.

*Anclabris*]vide ſuprà Anclabris.

*Anclatur*]antlatur.vide ſuprà Anclare.

*Eſcit*] eſit. adde infrà Supereſcit: & infrà, Nec coniunctionem.

*Euboicum talentum*] *ciſtophorum*) vide infrà Talentum.

*quatuor millium denariûm*]id falſum.

*Eudiæon*]vide Heſychium εὐδίαιον.

*clinos*]clyſmos,vel κλυσμός.

*Euelatum*]*velabra*)ea ventilabra. Columellæ 2.c.10.& Varroni 4.de lingua.

*Euerriator*] *qui accepta iure hæreditate iuſta facere debet*) huc adiiciendum ex verbo Herem infrà,antiquos accepta hæreditate Herem Marteam coluiſſe.

*quæ*]qui.

*dictarum*]dictæ.

*Europam*]vide Varronem 4.de lingua.

*tutelam*]tutela. Tutela in naui παράσημον τοῦ πλοίου,id eſt cælaturæ,ſeu ἐκτυπώσεως.Phœnicibus πάταικος,teſte Herodoto.

*effigiem*]effigie.

*Exagogem,euectionem*)vide Plautum in Rudente.

*Examen*]*& æquamentum*)id Græci σήκωμα. Latini ſacoma vel ſcamma.

*Examuſsim*]plura apud Nonium in Amuſſim.

*amuſsis*]vide ſuprà Amuſſis.

*Exanclare*]vide ſuprà Anclabris.adde Nonium in Exanclare duobus locis.

*Exbueres*]Exuberes. Græci ἀπογαλάκτους lacte depulſos: vt ſuberes ὑπομαζίους.

*exbuæ*] exuberæ vel exburæ. ſunt autem hoc loco Exbuæ, epotæ: à bua potionis genere, teſte Nonio. vnde Vinibuæ mulieres, bibaces.

*Excipuum*] aliud ab Excipulo, quod Gloſſis ἐκδοχεῖον.

*Excudere*] *cudendo*) cædendo.

*Exdorſuare*] adde Nonium in Exdorſuare.

*Exdutæ*] Exclutæ.

*Exemplum*] *iſtud*) & hoc.

*Exercitionē exerciti dicebant antiqui: exercitationem exercitati &c.*] quidam ità legunt, Exercitionem, exerciti dicebant antiqui, exercitationem exercituis. Nam antiqui, teſte Nonio, exerciti vel exercituis. Quin Turneb. 3. c. 5. diſpungit verbum exerciti. ſed vt video alia mēs eſt Feſto, ab Exercito Exercitionem: ab exercitato exercitation.m declinanti.

*exerciti*] vide infrà Exercitus.

*Exercitus*] homo multis negotiis exercitus. vide Nonium in Exercitum.

*quarti ordinis*] ordinē hîc appellat id quod alij declinationem.

*Exeſto*] ſic apud Lucianum in Pſeudomāte, ἔξω χριστιανούς, ἔξω ἐπικουρείους.

*vinctus*] id in reſolutoriis ſacris, verbi gratia, Iunonis Lucinæ, dicebatur, ad quę niſi ſolutis nodis accedi fas non erat.

*Exſit*] quod malè apud Nonium Teſſit.

*ſuffitio*] de ſuffitionibus dixi quædam ad Varronem 5. de lingua.

*Exſuti*] *mertat*) vide infrà Mertat.

*Egregiæ*] vide ſuprà Abgregare.

*Exiles*] *ilia*) vide infrà Ilia.

*à tenuitate viarum*] à tenuitate inarum. Eſt autem Ina, pars chartæ tenuiſſima. Marcellus Empiric9 c. 31. ad vlcera in ano facta chartę combuſtę, ſeu inarum eius, conferunt. vide infrà Ilia, & Plinium.

*Exilica*] Exulica.

*Exodium*] ita apud Nonium c. 1. alij Exodum: fortè quia nullos alios authores legerunt pręter Biblicos, in queis Exodi fit mentio: & tamen fatendum vtrumque efferri, vt & πρόλογον & προλόγιον.

*Exoletus*] Gloſſis ὑπερακμὸς, τρίβακος. Exoleo, παρακμάζω. Exoleto τριβακῷ.

*Exomides*] vide 7. Gell. 12.

*Exoriri*] *adoleſcere*) vide ſuprà Adoleſcit.

*Expapillato*] vide ſuprà Effafilatum. adde Nonium in *Expapillato*.

*Expatare*] Feſtus vitioſo codice videtur vſus, & expatare pro Expatrare legiſſe, quod Gloſſis ἐπιπλεῖν.

*Expectorare*] vide Nonium in Expectorare.

*Expergitus*] *expergefactus*) Gloſſis ἐξυπνισθεὶς paſſiuè ſumitur. Gellius 6. c. 10. iſta re animos hominum expergebat.

*Experitos, imperitos*] Gloſſis Expetides, ignari. Vt vt ſit, Experitus hîc diuerſus ab experto: idem quod expers.

*Expreta*] Experta.

*expertia*] ex peritia.

*Exta*] adde de extis Regalibus, infrà Regalia.

*Externus*] *alienus*) alienus. vel alius.

*Exterraneus*] Extericineus.

*Extimum*] adde ſuprà ad Exitam, ſeu ad Extimam.

*Extrarium*] *ſacramentum*) alij ſacra: vt id referatur ad ſacra familiæ aut gentis, qualia erant in vſu Romanis. vnde liberi in ſacris paternis conſtituti leguntur paſſim in iure. de quo dicam ad legem vlt. Cod. ad Tertullianum.

*Exugentes*] Exurgentes. alij Exſugentes. vide Nonium in Exſugebo.

*Exuuiæ*] vide Nonium in Exuuiæ.

F*Aba*] de faba freſſa & refriua, adde infrà Frendere & Refriua.

*nec tangere nec nominare Diali*] idem 10. Gell. 15. adde quæ ſcripſi ſuprà in Ederam.

*Lemuralibus iaciunt laruu*] idem Varro apud Nonium in Lemures 2. 513.

*Fabiani, Quintiliani*] hi Remi: vt illi Romuli partium fuerunt. Ouid. Faſtor. 2.

*Quintilio*] vide infrà Quintia prata.

*Facem*] vide infrà Patrimi: Rapi.

*aqua quæ*] vide ſuprà Aqua: & Varronē 4. de lingua.

*Faceſſere*] *Paccuuius*) in Teucro apud Nonium.

*Faceſſite &c.*] hic verſus plenior apud Nonium.

*Factio*] Gloſſis Factio, σκευωρία & συσκευή. Vnde iiſdem Facionarius, συσκευαστής.

*factioſus*] adde ſuprà Axioſi. Gloſſis factioſus, νεωτεριστής.

*Facul*] adde infrà Perfacul.

*Fallæ*] *turres ligneæ*) vide Nonium in Fallæ. inde Falarica Nonio c. 18. 20.

*falando*] falado. alij falanto. Id enim Græcis φάλαντος.

*Falarica*] vide Noniū in Falarica. Gloſſis χειροβαλίστρα.

*Falcones*] vide ſuprà, Capuam in fin. Gloſſis Falcones, δάκτυλοι ποδῶν ἔσω βλέποντες.

*Faleri*] *à ſale*) à fale.

*Falſius*] *rationabiliter*) ἀναλόγως.

*Famelicoſam*] Familicoſam, vel Famicoſā.

*Familia*] *materfamiliæ*) materfamilias.

*Pompiliorum*] Popilliorum.

*Famino, dicito*] Cato, hoc vino præfamino.

*Fanatica*] Gloſſis Fanaticus, ἱερατικός, ἱερόδουλος.

*arbor fulmine icta*] vide infrà Fulguritum: & Obſtitum.

*Fanum*] *hinc fana ſiſtere*) vide J. Siſtere.

*à Fano*] à Fauno.

*Farſe-*

*Farſenum*]Farcenũ vel Fraſenum: alij Farfanum. videtur autem id ſumptum ex Plauti Milite.

*Farreum*]18. Plin. 3. quod antiquis etiã horreum. vide ȷ̃. Horreum.

*Fartores*]alio ſignificatu apud Varronem Gloſſis σιτόλται.

*Faſtigium*] vide Nonium in Faſtigium & Faſtigia. hinc autem faſtigiatio dicta.

*Faſtis diebus*] *iucunda fari*) iura fari vel iuridica.

*quædam*]hoc verbum diſpungendum. vide infrà Nefaſti.

*Faſtorum libri*]Græci ἡμερολόγιον. Faſtus etiam dicuntur Latinis.

*Faſti &c.*]fandi. ita legendum. Nec enim Faſti, dies feſti: ſed quibus licet Prætori fari iuridica verba Do, dico, addico. ab his diebus Faſtorum libri, quibus dies faſtos cognoſcimus: & tranſlatitiè, Faſti Conſulares, quibus Conſules ſingulorum annorum continentur appellati.

*Fauentia*]*at*)ac.

*populum ſacrificiis fauere iubebant*] hinc illa formula, Fauete linguis. Idem Cicero 1. de diuinat. 28. Plin. 21. Horatius. Virgil. 5. Æneid. Papin. 2. Syluar. in Genethliaco Lucani. Martial. 9. Ouid. 2. Faſtor & 3. Amor. 12. 3. Elegiar. Seneca de vita beata ad Gallionem. Seruius 5. Æneid. Donatum Andria. Quintil. Declamat 365. Iulianus in oratione quæ μυσοπώγων.

*Fauiſſæ*] vide 2. Gell. 10. Flauiſſæ Nonio, quòd in eis non rude æs argentúmque, ſed flata ſignatáque pecunia conderetur.

*cellis, ciſterniſque ſimiles.* Græci θησαυροὺς vocant. vide Varronem 6. de lingua: Plutarchũ in Philopœm. Liuium 39. hinc Theſaurus, orcius tranſlatitiè Næuio apud Gellium 1. c. 24. Ideóque quod apud Varronem 6. de lingua id legitur, Foramen ad latus eſt quoddã Theſauri ſpecie &c. nihil aliud ſignificat, quàm foramen illud factum fuiſſe ad modum fauiſſarum, quas Græci θησαυροὺς vocant.

*Fauſtulum porcellum*] τὸ porcellum genitiuus pluralis: id enim Feſtus explicat fœturam porcorum. ob quam feturam Fauſtitatem Deam, quam Alumnam Horatius vocat, colebant.

*Februarius*]*purgaretur*) id enim Februare. vide Nonium in Februare.

*à Lupercis*]vide Varronem.

*Fedum*]adde Nonium in Fœdum.

*foſtim*] foſtem.

*Foſtiam pro hoſtia*] ita legendum infrà in Fœdus: quin & ita ſcribendum, Velius Longus de Orthographia refert.

*Felices arbores quæ fructum ferunt*] vel in quibus ficus atra. vide Macrobium & 16. Plinium 27.

*Ferctum*] vide Catonem de re ruſtica. alij legunt Fertum: vnde Ferctores Iſidori, Gloſſis, fercta ferentes.

*ſtrue*)vide ſ̃. Strues.

*ſtruferctary*)ſtrufertarij.

*Ferentary*]vide ſ̃. Adſcriptitij.

*Auxiliares*)auxiliatores.

*Feria*]Gloſſis Feriæ ἀργίαι, ab operis ceſſationes.

*appellata*]vocata.

*Feriæ ſtatæ*]de feriis conceptiuis, Denicalibus, priuatis, ſementinis, ſtultorum, vide ſ̃. Conceptiuæ, Denicales, & ȷ̃. Priuatæ, Sementinæ, Stultorum.

*nundinæ*]vide ȷ̃. Nundinas.

*Ferire*]*feruntur*)ferantur.

*Ferocit*]*idem*)item.

*Feſcenini*]*feſcenina*)feſcenia.

*Feſnoe*]Feſceninæ vel Faſcenonea. alij Feſcenoe, alij Faſcino, vt Pilumnoe, poploe, pro Pilumni, pobli.

*Feſtram*] oſtium erat minuſculum in ſacrario, de quo volumen ſcripſit Antonius Gnifo, vir doctus: cuius ſcholam frequentabat Cicero poſt laborem fori: vti refert Macrob. 3. c. 12. apud quẽ pro feneſtram, feſtram legi oportet.

*Fetiales*] vide Liuium 1. Virgilium 8. Æneidos: Dionyſ. Plutarch. alij legunt Fæciales. vide Nonium in Fœciales.

*à feriendo*] vel à feta cæſa. vide infrà Porci.

*paciſque faciendæ ius eſt*] vnde Gloſſis σπονδοφόροι.

*Filicata*]Felicata.

*filicis*]felicis.

*Filicones*]Felicones.

*filice*]felice.

*Fiſcellus*] *Catillones*) vide ſuprà Catiliones.

*Flamen*]Gloſſis ἱερομνήμων, à Dio, id eſt aere. vide Varr. 4. de lingua.

*Flameo*] *cui non licebat facere diuortium*) vide 11. Gell. 15.

*fulminis eodem*]fulmine eodem.

*Flaminia*]Flamilla, alij, Flaminica.

*Patrimes & matrimes*] patrima & matrima. alij patrimus & matrimus. vide infrà Patrimi. Sunt autem Patrimi & matrimi, quibus in viuis eſt vterque parens: vel qui ex eodem patre vel matre, Græcis ἀμφιθαλεῖς, vt è contra ἑτεροθαλεῖς Cedreno, vterini & conſanguinei.

*Flaminius*]*patrimes & matrimes*) patrimus & matrimus.

*Camillos*]vide ſ̃. Camillus.

*Flator*]Gloſſis αὐλητής. Arnob. 2. Tibia calamóque flantes.

*Flemina cùm ex labore viæ ſanguis defluit circa talos*] Idem in Tama. infra eo. adde Boa ſu pra eodē. Et Placidsin Gloſſis, Fleminū eſſe ait, veſtem in quam, ambulãdo, ſanguis in pedes defluit.

*Fluſtra*] hinc defluſtrare vel defluſtrari, id eſt ſedare, vel ſedari, quietum reddere, vel reddi: quo verbo Tertullianus vſus videtur libro de Pallio: quem authorem cùm ea parte videam corruptum, emendabo vt potero: Sic & mari, inquit, fides infamis, dum flabris aquæ mutantibus detranquillat probū: defluſtrat intemperatum: & extemplò de decumanis inquietat.

*Focus fomenta*] *foculi à fouendo, id eſt calefaciendo*) hinc Gloſſis Fomentatio πυρίασις. adde Nonium in Focillatur & Focula.

*Fœdus*] *hoſtia*] foſtia, vt ſ. in Fedum.

*fœda*] feda, feta.

*Folliculare*] ſeu follimen ἄσκωμα.

*lecta*] tecta.

*à quo vita follicularis*] à quo vita folliculum: vel, follicula res, ita lego. Nam folliculum Nonio pro corpore ſumitur.

*Fons à fundendo*] ideò veteribus dicebatur funs, nòn fons.

*Fomites*] adde ſ. Defomitatum.

*Fontinalia*] vide Varronem.

*Forago*] *à furando*) à forando.

*Forbeam*] alij Fibram.

φορβὴ] antea Fibra.

*Forcipes*] *forma id eſt calida*) idem Velius Longus libro de Orthographia.

*Fordicidiis*] quæ & Hordicalia. Cato 2. de re ruſtic. 5. celebrata 7. kalen. Maij. Gloſſis θυσίαι ἐγκύμονος βοός. vide infrà Horda, Varronem lib. 5.

*boues fordæ*] ἐγκυμονοῦσαι.

*Forma*] *calidam*] calidum.

*deforma*] formida.

*hieme formido*] hieme calido, formido.

*Formucales*] formucapes, rectè: vide in Forcipes.

*Fornacalia*] vide j. Popularia ſacra.

*Fortis*] forectes, forects, forotes: alij forcties: alij, forctis, vt infrà in Horctum, & in Sanates.

*Forum*] *viis*) vicis. cum is qui prouinciæ præeſt, forum agere dicitur: & de controuerſiis eorum cognoſcit. Lucas in Actis, αἱ ἀγοραῖαι ἄγονται: adde Ciceronem 3. Epiſtolarum. & 7. in Verrem. Seruius ad illa verba Virgilij 5. Æneidos, Indicítque forum. adde Cæſarem, Plinium. Galli *Tenir les Eſtats.* adde quædam ex Nonio in Fora, in fine.

*Veſtibulum ſepulchri*] vide Ciceronem 2. de Legibus.

*ferecula*] fercula, alij ferula.

*Frater*] φήτωρ) φράτωρ v. 13. Gell. 3.

*Fratrare*] *Sororiare, puerorum*) puellorum.

*Frauſus*] vide Nonium in Frauſus: ita legendum. Liu. 23. fraudem frauſi: pro, fraudem auſi.

*Fregellæ*] *felij hoſpites*) illim.

*Frendere*] *faba freſſa*) Gloſſis faba freſa ἐρεγμός. faba ſolida κύαμος. de Refriua vide j. Refriua.

*Frigere*] φρίκειν) φρύγειν.

*Fringilla*] *frigutire*) vide Nonium in Frigere.

*Friuola*] Gloſſis σόλαξια. iiſdem σκάδειον, vaſcellum. adde l. 11. §. ſolutam 5. ff. de pigno-ratitia.

*Frontem antiqui maſculino genere*] vide ſ. Corius: & infrà maſculino, & Nonium cap. 3. in Frontem

*Frutinal templum Veneris*] Veneris fruti meminerunt Solinus, Auguſtin. 4. de ciuit. 21. Eſt autem verbum detruncatum ex ἀφροδίτη. Sic Venus Murti dicebatur. Cæterùm quidam hoc loco legunt, Frucinal: alij, Erucinal, vt ſit templum Veneris Erucinæ, quod duplex, in Capitolio, ſcilicet, & ad portam Collinam fuiſſe teſtatur Liuius 22. 23. 30. 40. hanc deam Iſim Gloſſæ vertunt.

*fruti*] id enim cognomentum Veneris, vt dixi: alij legunt frutæ vel frugi.

*Frux*] ita legendum, Frux, frugis dixerunt antiqui. fructum & fructam à fruor.

*Fucilis*] à fuco: alij, fucilis: alij, fucilia.

*Fulgere*] *vnde fulgur*) vide Varronem 4. de lingua. De fulguribus quæ peremptalia, peſtifera, poſtularia, prouorſa, renouatiua. vide j. Peremptalia, Poſtularia, Prouorſum, Renouatiuum.

*Fulguritum*] *fulmine ictum*) vide ſ. Fanatica: adde j. Obſtitum.

*Fulmen*] *à fluore*) à fuluore, alij à fulgore.

*Fundus*] *fundus quoque dicitur populus rei*) vide Ciceronem pro Balbo, Tum ſit fundus, cum ſcita ac iuſſa noſtra ſua ſententia comprobat. Plautus in Trinum. ei rei fundus pater ſit potior. Adde Gellium 16. 13. & 19. c. 8.

*Furcilles*] vide ſuprà Ærumnulas: & infrà, Muli Mariani.

*quibus homines ſuſpendebant*] Imò quibus mouebatur aliquid.

*Furnalia*] Furrinalia. Varro quinto de lingua (vnde Furinalis flamen & Furinales feriæ. Varro 4. & 6.) alij Furinalia ex faſtis marmoreis ſcribunt, quæ VIII. Kal. Auguſt.

*Furuum nigrum*] §. 2. Inſtit. de obligat. ex delicto l. 1. §. 2. ff. de furtis.

Futar

*Futare*] ἐλέγχειν Iſidoro.

*Vnde confutare*] & refutare, vide infrà Refutare.

*Futiles*] *Vaſa futilia à fundendo*) Lutatius Grammaticus, futile, vas lato ore, fundo anguſto, quo vtebantur in ſacris Veſtæ, in cuius ſacris, aquam in terra poni piaculum. Vnde excogitatum, vas quod ſtare non poſſet: ſed ſi poſitum, ſtatim funderetur. Inde homo futilis, Terentio, vas futile plenum rimarum.

G*Aia*] Caia, ita ſcribebant veteres ante Conſtãtinum: mulierem verò, Gaiam. Feſtus hunc ſonum literæ, non figuræ ſecutus eſt. Quod ad rem ipſam attinet, vide Plutarchum in Problemat. 8. Plin 48. Iulium Paridem in Epitome Valerij Maximi de prænominibus. Hoc obiter adiiciendum, mulieres quæ prænomine alio carerent Caias: earum libertos, Caios & Caiæ libertos appellatos. vide Ciceronem pro L. Muræna. & Velium Longum de Orthographia.

*Galbeũ*] hinc galbeę lineę, infrà in Ruſcũ.

*Gallam bibere*] adde Nonium c. 5. in Aceroſum numero 97.

*Galli*] vide Herodianum: Arnob. 7. Iuuenal. Satyr. 6. Galli, etiam ſumuntur pro mirmillonibus. vide infrà Retiario.

*Ganeum*] Terentius in Adelphis.

*abductum*] abditum. alij, obductum.

*Gannitio*] adde infrà Nictare: dixi ad Varronem lib. 4. de lingua.

*Galearia*] Galeria vel galerita.

*Genas*] *ſulti*) ſultis.

*flore longo*] flora lanugo: vt apud Attium in Bacch. apud Ennium: & apud Pacuuium in Antiopa, flori crines.

*Geniales Deos*] alij, Genitales Deos. nam & ita veteres nummi, & apud Virgil. 6. Romulus in cælo cũ diis genitalibus æuum degit. Et lib. 2. Georg. genitalia ſemina poſcunt.

*ſemina rerum*] vide Varr. 4. de lingua.

*à gerendo quæ*] à genẽdo, quo plurimũ poſſe putabant. quos poſtea genios appellarunt. ſ. Vt hoc loci particula, genẽdo, ſit idẽ quod genitura.

*gerulos*] alij genios. non neceſſariò. vide Cẽſorinum libro de die Natali.

*Genialis lectus*] ſic genialis, hoſpitalis. vide Nonium in Geniales.

*qui nuptiis ſternitur*] qui ſternitur. Vrſ.

*Genium*] Genius Generis Deus. Nonius in Genium & Parſimonia.

*Gens Aelia*] *hoc non proprium Aeliæ gentis, ſed Corneliæ, Iuliæ, Claudiæ, & aliarũ quæ ex multis familiis*] vide infrà Ingens. Liuium lib. 4. l. 1. ff. de probat.

*Gentilis*] vide l. ſæpe 53. ff. de verb. ſignif. Cicer. 2. de inuentione, & in Topicis.

*Genus*] Gens.

*γλῶι*] γλῶς.

*Gerræ*] vide ſuprà Gerrones: Nonium in Gerræ.

*Geſum*] ſic Iſidorus. alij Geſſum.

*graue iactum*] graue iaculum. Scal. Gallorũ iaculum. vide Nonium in Geſa.

*Gigeria ex multis obſoniis decerpta*] Imò inteſtina, ſiue ventriculus gallinarum. Non. in Gigeria. nu. 290.

*Gingeriator*] Girenator. alij, Gingrinator. γιγγρεῖαι, αὐλοὶ μικροί. Gloſſis, Gingriua, Gingriba. εἶδος φωνῆς σάλπιγγος.

*Gingrire anſerum*] hinc Gingrum. Gloſſa φωνὴ χηνός. Arnob. 6. anſerũ gingritibus. Soli. 10.

*Gliſcere eſt creſcere*] adde Noniũ in Gliſcit.

*&*] vt.

*Glittis*] Glictis, alij Glutis, Cato vti bene ſubactum, vti bene glutum fiet. Gloſſis Glis glittis, humus tenax.

*lenibus*] leuibus.

*Glocire*] Gluctire.

